ſit haberi. niſi in ꝑ̄ſentia filij?
Quantū igitur intelligo quātū
credo. marie anima. excellentōri
quadā ꝓ̄gatiua a filio honora
tur. poſſidens in xp̄o corpus ſuū
qđ genuit glorificatū. et quare
non ſuū ꝑ qđ genuit. ſi nō obuia
uerit nedum ꝑſpecta auctoritas
vere credo ⁊ per quod genuit. qꝛ
tanta ſanctificatō dignior eſt ce
lo q̄ꝫ terra Thronū dei. thalamū
dn̄i. tabernaculū xp̄i. dignū ē ibi
eſſe vbi ipſe eſt. Tam precioſum
theſaurꝫ dignius eſt celū q̄ꝫ terra
ſuare. Tantā integritatē meri-
to incorruptibilitas nō putredi
nis illa reſolutio ſequitur. Si
voluit dn̄s integrā matrē virgi-
nitatis ſuare pudore. cur nō ve
lit incorruptā a putredinis ſua-
re fetore? Illđ ergo ſacratiſſimū
corpus. in eſcam vermibꝰ tradi-
tum rc̄. qꝛ ſentire non valeo. di-
cere ꝑtimeſco Johānes quoqꝫ
Dam. ad idem ſic dicit. Sacrū
corpus tuū venerabili in ſepul-
cro ponitur. ſꝫ nō eſt relicta aīa
tua in inferno. nec caro tua vi-
dit corruptōem. Decet autē dei
ſacrariū. fontē indefeſſum. agrꝫ
inaratum. vineā nō irrigatā. oli
uā fructiferā terre gremio non
ſerua i. Decuit matrē ad filiūꝫ
ſublimari. vt ad ip̄m aſcenderet
ſicut ad ip̄am deſcendit. At vt
q̄ in partu ſuauit virginitatē pꝰ
mortē corꝰ nō videret corruptōꝫ
⁊ q̄ creatorē portauit i ſinu. in di
uinis tabernaculꝭ ꝯmorek. ⁊ quā

pr̄ deſpōſauit i ſpōſam in celeſti
bus thalamis cōſueſ. ꝛ a m̄re q̄
ſunt filij poſſideant. Hec ille
¶ Illa rō ꝓcedit. attento ꝙ ma
terna ꝓpinq̄tas ex corꝑe ꝟginis
ōrit nō aīa. Nihil em̄ ab aīa vir
ginis recepit xp̄c. ſꝫ de corpulēta
ci⁹ ſubā. Decuit ḡ illā ſubām. i.
corp⁹ ꝟginis ꝑuilegiari. ſm quā
eſt m̄r filij dei bn̄dicti. H
¶ Ex ꝑte dei aſſumēt̄ ꝟginē. pōt
ſil'r argui tam ex iuſticia dei. ex
ſapia dei. ex bonitate dei. Ex
iuſticia ſic. Perfectiori merito
ſm diuinā iuſticiā corrn̄det ꝑfe⸗
ctius p̄miū. ſꝫ meritū paſſiōꝫ xp̄i
ꝑfectiſſimū eſt q̄ntū ad liberatō
nē hoīs et q̄ ad aīam a pctō. et q̄
ad corp⁹ a ꝑpetua morte. Meru
it ḡ aīe iuſtificatōꝫ ꝛ corꝑi reſur
rectōem. Perfecti⁹ eſt at̄ meritū
q̄ meret aīa a pctō p̄ſuari q̄ꝫ lap⸗
ſa mōdari. Et corp⁹ nōdū corrup
tū ꝛ reſolutū viuificare. q̄ꝫ p⁹ re⸗
ſolutōem ꝛ putrefactōꝫ reſuſci⸗
tare. Ergo h⁹ ꝑfectōrꝫ meriti fru
ctū ſiue p̄miū ꝯſecut⁹ eſt xp̄c i ali⸗
q̄ ꝑſona. ne ꝑfectiſſim⁹ mod⁹ me
dēdiant redimēdi ꝑfectiſſimi re
dēptoris in nullo h̄ret effectum.
Sꝫ in nulla decenti⁹ q̄ꝫ in ꝓp̄a
m̄re. ḡ ſic m̄r p̄ſuata eſt ab omni
pctō etiā originali in ei⁹ ꝯceptōe
q̄ ad aīam. ita ab omi corruptōe
verme ꝛ putredine q̄ ad corpus.
Sil'em rōem ponit ſco. diſ. 3. q.
j. libri tercij ¶ Ex diuia ſapia ar
guit̄ ſic. Diuine ſapie eſt attinge
re a fine vſqꝫ ad finē fortit̄ ꝛ di⸗
ſponere oīa ſuauit̄ Sap. 8. For
titer attigit ad finē ſupmi ange
loꝝ chori. dū ſupmū angelū nll'a
exteriori ipulſum tentatōe. ſꝫ ꝓ
pria malicia in deū creatorē ſuū
ſuꝑbientē. totū deiecit. ſine ſpe
vanie cū oībus ſibi adherētibus
apoſtaticꝫ ſpiritib⁹. Decuit vt ꝛ
aliū finē huic oppoſitū attinge⸗
ret. diſponēdo ſuauiter illā ſcꝫ.
(ꝑ quam cā⁹ ille angeloꝝ reſtau⸗
rat⁹ eſt) q̄ nullā admiſit tentatio
nem. ſuꝑ oēm angeloꝝ puritatē
vixit i terris. ſm ſe totā ſuꝑ oēs
choros angeloꝝ exaltādo. Iteꝝ.
Sapiens architect⁹ domū quā
ſibi ꝯſtruit. intus ꝛ foris ornat.
Sapia p̄ris thalamū virgineū
ſibi domū edificauit pulcerrimā
q̄ nō ſolū b̄rificare debuit in aīa
ſꝫ etiā dotib⁹ gl'ie ornare i corꝑe
¶ Ex bonitate etiā arguit̄. Ad
dei bonitatē ſpectat oībus bene
facere. cuilibet ſm ſuā capacita⸗
tem. q̄m ip̄e dat oībus afflūeter
et non im ꝓperat Ia. j. Marie
aūt hoc ꝑtinꝫ ad bonitatē dei fi
lij. reſpectu ſue matris quā ſuꝑ
omēs magis dilexit. cuius etiaꝫ
reuerentiā et honorē atqꝫ curam
magis ꝓcurauit ꝛ geſſit viuēs in
terris. q̄ꝫ ſuā ſm legē quā ip̄e pre
cepit nobis de ꝑentū honoratōe
Hinc enī dum eam ſibi in m̄rem
eligere decreuit. fabro deſponſa
ri voluit. a quo tn̄ intactā cuſto⸗
diuit. mallens reputari fabri fi⸗
lius. q̄ꝫ matris dignitatē iſamia
temerare. De quo Ambro. ſuper

lucā ait. maluit dn̄s aliquos ď
ſuo ortu q̄ȝ de mr̄is pudore du-
bitare. Nec putauit ortꝰ ſui fi-
dē matris iniurijs aſtruēdā. hic
ī ꝑtu voluit eā ſine corruptiōe. ſi
ne dolore cū gaudio ꝑere. cū tn̄
ip̄e vellet ſimilit̄ alijs infantibꝰ
flere. Sicut ſcriptū eſt. Primā
vocē ſimilē oībus emiſi plorans
Sap̄. 8. Et in proſa. Uagit in-
fans inter arta poſitus p̄ſepia
Hinc deniqȝ p̄ris agens negocia
ad eiꝰ. ſp̄ōſiqȝ ſui requiſitoꝝ in
hieruſalē. deſcēdit cū eis in na-
zareth. et erat ſubditꝰ ill̄ Lu. 2.
Demū inmaībꝰ tormētis expo
ſitꝰ ī cruce. quaſi ſui doloris ob
litus priuſq̄ȝ ꝑ ſe quicq̄ȝ loquere
tur ad p̄rem. aut ſuā exclamaret
penalem neceſſitatē. vidit aſtan
tē mr̄em. ac diſcipulo quē p̄ cete-
ris diligebat cuſtodiendā ꝯmen
dauit Joh. 19. Quā ḡ in oībus
tante dilexit. honorauit et ꝓui-
dit adhuc mortalis. inter aduer
ſitates ꝯſtitutꝰ in terris. quō n̄
magis illď ip̄m ageret glorioſus
regnās in celis Cum aūt ſuū cor
pus incorruptū p̄ſuauit in mor-
te. oīno credēdū eſt idip̄m egiſſe
in dilectiſſima ſua mr̄e Hanc ra
tōem b̄uiter tangit Augꝰ d. Nū
quid non ꝑtinet ad benignitatē
dn̄i mr̄is ſuare integritatē. qui
legē ſoluere nō venerat ſed adim
plere. Qui em̄ in vita pre ceteris
illam gratia ſui ꝯceptus honora
uit. piū eſt credere. eam in morte.
ſingulari p̄ cunctis et ſp̄eali gr̄a

honoraſſe ¶ Iterū ex ꝑte
noſtra poteſt ad idem ꝑſuaderi
¶ Primo ex ꝯparatōe eiꝰ ad ce
teros xp̄i dilectores. Nā ſctōꝝ
ſuoꝝ reliq̄as multo in terris cu
mulauit honore ⁊ occultas mira
bilit̄ reuelauit Nō ḡ p̄ſumendū
ꝙ ſctē ſctāꝝ matris ſue oſſa. niſi
gl'ificata iam forent in celis ha-
ctenꝰ reliq̄ſſet ſine honore in ter
ris. Hanc tāgit Sanfredꝰ ſuꝑ
Apo. d. Plˀimoꝝ martirū corpo
ra legimꝰ diuinitꝰ reuelata. vt nō
eēnt ſine honore ſic occl'tata Et
quō xp̄c ſineret ſue mr̄is corꝰ ſine
honore ſic occl'tari. q̇ legē dedit
de ꝑentibꝰ honorādis Et ſeq̇t̄.
O bone ſaluator xp̄e tuū ſepul-
crū in q̄ mortuꝰ iacuiſti licȝ lapi
deū cernit̄ (ſic̄ ꝓphetatū ē) glo-
rioſū. Et quō credit̄ ſine hono-
re latitare ꝟgineū corꝑale ſcrini
um in quo viuꝰ iacuiſti. caro vn̄
carnē ſūpſiſti. viſcera que reple-
ſti. ⁊ vbera que ſuxiſti Sil'i ar-
gumēto ꝓbat Hiero. angeloꝝ
p̄ntiā trāſitui ꝟgis affuiſſe vt ſu
pra viſum ē. Sil'r argumētatur
augꝰ. vbi ſupradicēs Si elegit
dina volūtas īter igneas flāmas
puerorū veſtimenta ſuare illeſa
cur abnuat in matre ꝓpria. qď ī
veſte elegit aliena? Jonam ſer-
uare in ventre ceti incorruptum
voluit. incorruptum ſola miſeri
cordia. mariā incorruptā gracia
non ſuauit? Seruatꝰ eſt dani-
el in intꝑatiſſima fame leonū. n̄
ſeruāda eſt maria tant̄ donata

meritis dignitatū. ¶ Expedie-
bat etiā nobis ad ſpem reſurre-
ctōis firmandā. Quāuis em̄ ſci
m⁹ corp⁹ dn̄i corruptōm videre
non potuiſſe. q2 vnitū ē deitati.
qd̄ in nullo alio hoīe iueniť. id-
circo nequaꝗ̄ tantā ſpei ſumi⁹
fiduciā noſtre reſurrectōis futu
re. quātū ex reſurrectōe ꝟginis
que purā hūit hūanā naťam. i.
deitati ypoſtatice non vnitā.
Hinc etiā valde ſubliať hūana
natura. dum etiā in virgine ſuꝑ
oēs angeloꝝ choros crediť exal-
tata ¶ Item in reſurrectōe te-
ſtes habere voluit ſue reſurrecti
onis. decēs eſt vt et hēat in aſcē-
ſione. et quē ſi non matrē Hinc
ad gaudendū ꝛ claudēdum nos
hortať b. Bern̄. in ſmōe huius
feſti vt s̄ allegatū ē. Non ceſſet
hūana mortalitas a laudib⁹. cū
hoīs ſola natura ſuꝑ imortales
ſpūs exaltata eſt in ꝟgine ¶ De
mū arguiť ex officio mediatōis
Cum em̄ debuit eſſe mediatrix
dei et hoīm. ꝯgruū ḡ fuit vt illa
ſublimareť in celis q̄tin⁹ inťce-
dendo pro pctōribus dicere poſ
ſet filio ſuo Ecce beat⁹ venter q̇
te portauit et vbera que ſuxiſti.
¶ Sanctus Thomas in. 3. pte
q. 54. articulo. 4. iter alias cau
ſas cicatricum xpi illam poit. vt
ꝓ nobis patri ſupplicans quale
genus mortis ꝓ homie ꝑtulit ſꝑ
oſtendit ita de virgine ꝛc. Sic ꝛ
btūs Bern̄. i ſ. de aſſūp. Aduo-
catā inq̇t p̄miſit ꝑegrinatio nr̄a.
q̄ tanꝗ̄ iudicis mater. ꝛ mr̄ mie.
ſuppliciter et efficaciter nr̄a ne-
gocia ꝑtractat. Et modū ꝑtra-
ctandi alibi tangit di. Securū
acceſſum habes hō ad deū. vbi
mater eſt ante filiū et filius ante
patrē. Mater oñdit filio pect⁹
ꝛ vbera. fili⁹ oñdit patri latus ꝛ
vulnera. Nulla ḡ poterit eſſe re-
pulſa. vbi tot occurrūt caritatis
inſignia. ¶ Ex hijs alijſqꝫ
ſimilib⁹ ꝯcludit beat⁹ Aug⁹. Cō
fitēdū ḡ cenſeo mariā ad eterni-
tatis gaudia aſſūptā benignita
te xpi. ꝛ honorabili⁹ ſuſceptā ce-
teris. quā grā p̄ cetis honorauit
atqꝫ ad cōem hūanitatē nō eſſe
ꝑductā poſt mortē. putredis ſcꝫ
vermis et pulueris. que ſuum et
omnium genuit ſaluatorem. Et
infra. Chriſtus ergo letari facit
mariam anima et corpōre in pro
prio filio. et cum proprio filio.
per proprium filium. nec vllam
ſequi corruptionis erumpnam
quā nulla ſecuta eſt tantum pari
endo filium integritatis corrup
tio. vt ſemper incorrupta (quā
tanta profudit gratia) ſit. inte-
graliter viuens. que omnium in
tegram genuit vitam Hec ille.

☞ ¶ Fauent predictis ſcri-
pta quedam de tranſitu virgi-
nis. que licet apocrifa ſint. non
tamen debent putari falſa. Nō
enim vt dicit Heinricus de haſ
ſia ab hereticis creduntur ficta
ad finem vt errent fideles. quia

totū q̄ð ibi credendū ꝓponit̄ nō
obuiat alicui articl'o fidei Nec
videtur a iudeis aut gentibꝰ fi-
ctum. q̄tinꝰ infatuarēt xp̄ianos
faciendo eoſ credere falſū. q̄m ſi
ꝯſtitiſſet ī fidelibꝰ iſta falſitas a
forciori vtiq; fidelibꝰ ꝯſtitiſſet.
Sciebāt nihilominus xp̄ianos
ita graues et circūſpectos in cre
dēdo. ꝙ eoꝝ ficte hiſtorie nō cre
derent. reliquit̄ ergo ꝙ illa apo
crifa a fidelibus primitiue eccle
ſie fuerint ſcripta. Et non videt̄
ꝙ ficte ꝓpter ſanctitatē et deuo
tōem fideliū ꝑmitie eccl'ie. qua-
re reliquit̄ ꝙ hiſtoria ſit vera a q̄
cunq; etiā fideliū ſit ꝯſcripta
¶ Fauet etiā vſus eccleſie. qui h̄
feſtū appellat aſſūptiōis nō obi
tus vel depoſitōis marie. ſicut
in alijs ſanctis. ꝙ non videtur
vacare a miſterio. ſed aliq̄d ſpēa
le denotare. ſic aſcēſio xp̄i ſonat
trāſlatōm. in corꝑe xp̄i et anima
et aſſūptio enoch ⁊ helie. ſonat
trāſlatōz eoꝝ quā ꝯſtat ſimiliter
factā in corꝑe ⁊ anima ¶ Patet
ergo ex dictis ꝓbabil'r. quō ꝟgo
glorioſa hodie mortē tꝑalē ſub-
ijt. et tñ a venexꝰ libera fuit Vñ
in huiꝰ ꝯmemoratōem ꝯgruit a
fidelibꝰ hodie replicari ꝟbū ſa-
lutis aue cum immodica ment̄
exultatōe. ¶ L Hec nunc de ꝟ
ginis trāſitu dicta. fidei pietate
non neceſſitate recipienda ſunt.
Ita em̄ ſuſcipit eccleſia ſctōꝝ le-
gendas. vitas p̄rm exempla geſto
rum. opiniones doctoꝝ. viſiōes
deuotaꝝ ꝑſonarū. et cetera talia
que nihil ſane doctrine aut co-
gnite veritati ꝯtrariū cōtinēt.
Non ꝙ deīmiet talia de ſalut̄
neceſſitate fore credēda. ſʒ quia
apꝑntia ſunt et ꝓbabilia et ꝓfi
ciunt ad cōmouēdos vel nutriē
dos affectꝰ pios fideliū et edifi-
catōni eorum. ¶ In his vero ſic
pie tenendis cauere oportet curi
oſitatē in inq̄ſitōe. ne ꝑtermiſſis
ſalubrioribꝰ ſtudijs. minꝰ neceſ
ſarijs intendamꝰ. ⁊ dum affectū
delectare cupimꝰ. ſalutē negliga
mꝰ Temeritatē in adheſione. ne
ꝓpter affectū vel ſuū vel alteriꝰ
excitandū q̄ð ſcit̄ falſuʒ affirme
tur. Ne etiā ex aliq̄ paſſione vel
affectu informatio ſanior ſper-
nat̄. ſed ſemꝑ pie credēs. ꝑatum
habeat animū ad cedendū ſnīe
ſaniori. Et tm̄ de illo.

¶ In feſto natiuitatis ma rie ſermo. II. in ordie. XII

Ab eterno
ordinata ſum ⁊ ex antiq̄s
anq̄ȝ terra fieret Prou.
.8. ⁊ in epiſtola. A Duplicē
glorioſiſſie virginis natiuitatē
celebrat eccl'ia Vtraq; ab et̄no or
dinata. ñ tñ vtraq; manēs in et̄
nū. Vnā q̄ȝ paucis trāſactis die
bus feſtiuis gaudijs egimꝰ qua
nata eſt ad vitam beatā. dū exu
ens veterē hoiem nouū induit q̄
ꝯm deū creatus eſt. veterē nō ve
tuſtate pc̄ti ſʒ corruptibilitate.
Nouū incorruptibilē ⁊ imorta-

lem. q̄ ſm deū ſimilitudie glorie
eſt creatus ꝛ hec in eternū ꝑma⸗
net. Alteram ntitatē quā hodie
ſolēnizā⁹ q̄ i terris ex pr̄e joach
im et matre Anna corꝑaliter fu
ſa eſt in hunc mōm. que tranſijt
¶ Prima ſic celis. ita ſcōa gau
diū attulit mūdo De ꝑma celeſ
tes cives p̄ gaudio āmirātes ac
clamabant aſcendēti Que ē iſta
que aſcēdit ꝛc. De ſcōa canit mi
litans eccleſia. nativitas tua dei
genitrix virgo ꝛc. gaudiū ānūci
avit vniuerſo mundo. Et meri⸗
to qm̄ hinc eſt exordium nr̄e ſa⸗
lutis. Hac em̄ nativitate invēta
eſt illa fortis mulier. quā admi⸗
rans ſalomon ait Mulierē for⸗
tem quis inveniet. ꝓcul de vltis
finibus p̄cium eius. Prouer. vl.
Per hāc nativitatē data eſt no
bis fortis ꝛ ſapiēs illa mulier. q̄
infirmitatē et fatuitatē ꝑme mu
lieris ſe ꝛ poſteritatē ſuā perdē⸗
tis repararet. ac prudentia oris et
pede virtutis. ſerpētis caput cō
tereret q̄ ꝑmā mulierē decepit et
vicit. Unde ꝑ eam illum fortio⸗
rem victorem recepim⁹. q̄ fortem
armatū vinceret. et vniverſa eius
arma auferret. et ſpolia diſtribu
eret. Un̄ ꝛ ſubdit eccleſia Ex te
em̄ ortus eſt ſol iuſticie xp̄c deus
noſter. qui ſolvēs maledictōem
dedit bn̄dictōez ꝛ ꝯfundēs mor
tem donavit nobis vitā ſempi⸗
ternā. Qd̄ ſicut ab initio fuit ꝓ
miſſum Gen̄. 3. Ipſa cōteret ca⸗
put tuū. ita ꝛ ab eterno fuit ordi

natum. Spū ſancto ꝑ os ſapiē⸗
tis id teſtificāte cū dixerat. Ab
eterno ordiata ſum. ꝛ ex antiq̄s.
anteq̄ꝫ terra fieret. ꝓ gr̄a Aue.
¶ B In p̄ſentiarū ſunt duo di
cenda. Primo. Quō ab eterno
ordinata eſt. Cū em̄ eſt hodie na
ta et ita in tempe ꝓducta. nō vi⸗
detur fuiſſe ab eterno. ſꝫ neq̄ꝫ an
te terrā facta. Scōo ad q̄d fuit
ordinata ¶ Quo ad ꝑmū licet
verba illa thematis cum p̄cedē⸗
tibus et ſequētib⁹ ad litterā di
cta ſunt de coeterna ꝛ genita pr̄is
ſapia filio ſcꝫ ꝯſubſtāciali ꝑ quē
fecit ꝛ ſecula ad Heb. j. Hec em̄
ſapia non ꝑ⁹ ē ordiata q̄ꝫ fuerit
q̄ꝛ ſꝑ fuit. ꝛ ſꝑ ordinata fuit. ſꝑ
cū patre fuit cūcta ꝯponēs. hec
tn̄ ab eccleſia ꝑ tropū attribuūt
ꝛ allego ꝛice dicūt de ꝟgine. nr̄e
ſapie eterne. Qm̄ q̄ filij ſūt a ma
tre aliena nō ſūt. xp̄c aūt q̄ ſapia
ē patris. ver⁹ fili⁹ ē marie matris
Tū etiā q̄ꝛ ipa eſt ꝑfectiſſim⁹ h⁹
ſapie effect⁹ i q̄ ſapia ipa habita⸗
uit corꝑl'r. Ipa em̄ eſt dom⁹ illa
de qua dr̄ Prouer. 9. c. Sapia
edificavit ſibi domū excidit co⸗
lūnas. 7. ꝛc. q̄ oī ſapia ꝛ gr̄a ple⸗
na fuit ¶ Hec g̊ btiſſima ꝟgo li
cet nō fuerit ab eterno q̄ntū ad
eſſe actuale fuit tn̄ ab eterno q̄n
tū ad eē ydeale. ꝛ hoc in mēte di
uina. ſm illud Jo. j. q̄d factū eſt
in ipſo vita erāt. Illud eſſe. non
eſt niſi eſſe cognitum quod ſuffi
cit ad ordinationē rei ſicut patꝫ
i artifice. qui primo ordinat ma

dia in finem qꝫ producat. Nam
immutabilis voluntas dei ſicut
ab eterno omnia p̄nouit ita ab
eterno omnia voluit et volendo
oīa ordinauit. voluit quidē ab
eterno creaturas eſſeq̄s ꝑduxit
pro certo tp̄e ¶ Sꝫ di. ſic
voluit. ita ꝛ volendo ordinauit
omnia vt eſſent in ſuo tp̄e Non
ergo prius beatā ꝟginē qꝫ cetera
ordinauit ꝛ ideo in eius laudez
ſpecialem dici nō pōt ꝙ ab eter-
no ordinata ſit. cum hoc omni-
bus ꝯueniat. Reſpondeť ꝙ pri⁹
et ante. qn̄qꝫ dicunt prioritatez
ꝛ ordinem duratiōis ſeu tp̄is.
qn̄qꝫ prioritatē ꝑfectionis. pri-
mo modo verum eſt ꝙ omnia eq̄
ordinata ſunt. ſed non ſcd̄o mō
ſic enim coeua non ſunt eq̄ p̄ma.
quia nō eque ꝑfecta. ſed ꝙ ꝑfe-
ctius eſt dr̄ prius. licet tp̄e poſte
rius Sic dixit baptiſta. qui p⁹
me venit ante me fact⁹ eſt. quia
prior me erat Johānis. j. Sic
beata virgo prior omnibus cre-
aturis poſt chriſti humanitatez
facta eſt. quia omnibus digni-
or quia ab eterno in matrē vni-
geniti dei electa qua dignius in
creaturis nō aſſumptis nihil eſ-
ſe poteſt vt dicit albertuſ. Hinc
Eccleſiaſtici. 24. in omni popu-
lo et in omni gente p̄matum ha-
bui et omniū excellentium et hu
milium colla virtute calcaui Et
ſm̄ hanc prioritatem ab eterno
ordinata eſt anteqꝫ terra et que-
libet creatura fieret. quia ſuper
omnes ad ſupremū creature ſta
tum dei ſcꝫ filij maternitatē ab
eterno eſt electa ¶ Hanc āt
ordinatiōꝫ. de ea factā atteſtāť
figure et ꝓphetarū ſcripture
¶ Deſignat hanc terra immobi
lis in ſua productione. De qua
ſalomon. Eccs. j. generatio pre
terit. generacio aduenit. tra āt
in eternum ſtat vt expoit Ruf⁹
in omē. ſuꝑ ſtabat Hāc fons
paradiſi in quatuor partes di-
uiſus. circuens et irrigans vni-
uerſam terraz repreſentat. quia
etiaz de plenitudine gracie eius
omnes accipimus graciam pro
gracia. licet aliter qꝫ a filio. Jlle
fons. hec fluuius et aqueduct⁹.
hic dr̄ Ecc̄i. 24. Ego q̄ſi fluui⁹
dorix ꝛ ſicut aqueductus exiui
de paradiſo. dorix medicamētū
generatōis interpretať. ¶ Hāc
ſol. luna. ſtelle. ꝛ inter has altiſ-
ſima. maris ſtella figurāt. vnde
in miſtica viſione Joh. apo. j2.
Apparuit ſignū magnū in celo.
mulier amicta ſole et luna ꝛc̄.
¶ Mꝫ ſi ſingula percurrere vo-
luero. non eſt creatura. que non
aliqua ex parte ꝑfectionem vir-
ginis ſignificet Hinc in Eccle
ſiaſtico. 24. ca. comꝑatur cedro
ꝓpter hereticoꝝ reprobationem
Siq̊dem cedrus venenū pellit.
Et de ea canit eccleſia. Gaude
maria virgo cunctas hereſes ſo
la interemiſti ꝛc̄. Cōꝑať cipreſſo
q̄ venuſtatē come ſue nullo depo
nit impulſu. ꝓpter ꝯſtantiā me-

ritoriaꝝ actõnū. ¶ Compaꝛ̃ pal
me q̄ incuruari neſcit. ⁊ fructum
dulciſſimū gignit. ac victorie ſig
nū exiſtit ꝓpter vl'em victoriam
oim viciorꝝ. fructū ventrꝭ dulciſ
ſimū. ⁊ inflexibilē ꝟtutū ei⁹ rigo
rem ¶ Compaꝛ̃ oliue q̄ eſt ſignū
pacꝭ. gen̄. 8. ⁊ ipa ſalomonē paci⸗
ficū xpm. pacꝭ reſtitutorē ꝓtulit
huic mōo. ¶ Q̄ ſi ſingulas arborꝭ
ꝑcioſaꝝ herbaꝝ. aromatū. vola⸗
tilium. q̄drupedū ſpēs. tranſcur
rere voluerimus longiſſimū ſer⸗
monē texerem⁹ ¶ Seruiūt huic
extenſioni eccleſiaſtic⁹ ⁊ cantica.
imo pene omis ſcriptura. q̇d em̄
arca noe q̄ ſaluandos ꝯtinet. q̇d
virga aaron que electiōem ⁊ fru
ctificatōem ꝑcat. ¶ Quid arca
federis. que aureā vrnam māna
plenā. et moyſi tabulas ꝯtinuit.
Quid vellus gedeonis. moyſi
rubus. mons danielis. porta eze
chielis. fons in canticis ſignat⁹
et cetera innūera ſignificant niſi
virginem hodie nobis natā. per
quam ſaluamur. que ſine ſemīe
floruit. amigdalum diuine dul
cedinis ſupra naturam germina
uit. et noui pontificij ſacerdotē
nobis ꝓtulit ¶ Ipſa arca dei⸗
fera continens auream vrnam
celeſtis panis. quo manna omēs
reficiuntur angeli et fideles.
Ipſa tabula in qua lex et vniuer
ſe virtutes ſunt deſcripte ¶ Ipa
vellus victorie. rore gratie plena
Ipſa rubus caritatis. flamma
ardens. nec corpore nec mēte cor⸗
rupta. ¶ Mons de q̄ ꝑciſus ſine
manibus lapis. qui pedes ſtatue
nabuchodonoſor ꝑcuſſit et om⸗
nia regna ꝯminuit. ¶ Ipſa por⸗
ta omnibus propter inuiolabilē
virginitatis integritatem clau⸗
ſa. ſoli ꝑncipum principi peruiā.
ſed non aperta. et propter idem
fons ſignatus. fluens tamen in
ſui dilectores riuulos copioſiſſi
ſimos gr̄aꝝ ¶ E ¶ Dia hec at⸗
teſtātur ꝓphetaꝝ ſcripture. Nā
domin⁹ ꝓphetarum de hac vir⸗
gine ꝓphetauit d. ſerpēti inimi⸗
cicias ponā ⁊c. vt ſ̄ Gen̄. 3. Iſa.
q̄3. xi. Egredieꝛ̃ ꝟga ⁊c. ⁊. 7. Ec⸗
ce virgo ꝯcipiet. ⁊c. Hieremias.
Nouū inq̇t faciet dn̄s ſuꝑ terrā
⁊c. eiuſdē. 3j. Ezechiel ſub noie
clauſe porte. de ea ꝓphetauit.
Eiuſdē. 44. Daniel ſub figura
mōtꝭ vt ſ̄. ei⁹ dē. 2. Sz ⁊ eximi⁹
ꝓphaꝝ dd̄ pſ̄. 44. Aſtitit regiā
a dextꝭ tuis. i veſti. deau. circū.
varie. ſcz oim ꝟtutū Ex q̇b⁹ oi
b⁹ ptz ſatꝭ ab et̃no ordiatā. quā
a ꝑnᵒ creaꝛ̃e. figure ⁊ ſcꝑture ꝓ
teſtate ſt̃ F ¶ Nec tm̄ ab et̃no
ordiata. ſʒ etiā cū eterno cuncta
cōpoſuit. vt ꝯn̄ter ait ſcilicet in
epl'a. Qn̄ ꝑparabat celos aderā
Qn̄ certa lege et giro vallabat
abiſſos. quādo ethera firmabat
ſurſum. et libabat fontes aquā
rū. q̄ndo circūdabat mari termi
nū ſuū. et legem ponebat aquis.
ne tranſirent fines ſuos. Quā⸗
do cōponebat fundamenta t̃re.
cum eo eram cuncta cōponens.

¶ Non ita ꝙ ipſa fuerit ꝯcrea-
trix cum fuerant diſpoſita a cre
ature principio. non enim tunc
erat in rerum natura Sed eo
modo cunctis his aderat. ⁊ cuꝫ
eo creatore cuncta cōponebat.
Cum enim ſapientia patris de-
creuerat per eā repare quod per
mulierē primā ꝑdiderat. perdi-
ta aūt erat ſalus eterna homini
ꝓpter quā homo creatus erat.
Omnia autē ſupradicta ꝓpter
hominē creata ſunt. ⁊ ſic homie
pereunte omnia pierūt. homine
repato omia creduntur repata.
Que q꞉ ad finē creatōis coopa
ta ē. recte creatori aſtitiſſe dicit.
quia ad finē creatōnis hominis
ſcꝫ ad repatōꝫ eſt coopata. Eſt
ergo ab inicio coopata q꞉ contē
platione eius facta eſt creatura.
eſt et ab eterno ꝑuiſa. et per hoc
ab eterno ordiata ¶ ¶ Quo
ad ſcdam ꝑtē ꝑncipalē videndū
ad qd ē ordinata. dꝛ ḡ ꝙ eſt ordi
nata vt eēt mater dī electa. reoꝝ
potens aduocata. virtutū ⁊ ho
neſtatis forma. Poterat quidē
vnūcūqꝫ ſibi (dn̄s hominē aſſum
pturus) corp⁹ humanū formare
qui corp⁹ ade de gleba terre. cor
pus eue d̄ coſta ade formauerat
Sed ſi miraculoſe fierent oīa.
non ſolidaret fides ſine qua nō
ꝑficerent omnia. ad Heb. xi. ſi
ne fide ipoſſibile eſt placere deo
nec humanū cor capet ſi non ali
qua ex ꝑte nature curſu iuuare-
tur. Nec hereſes repellere ſuffi-
ceret. niſi ꝑtim rōnabili argumē
tatōe (que naturali expientie in
nitit) temeritas ac ꝑtinatia he-
reticoꝝ vinceret. Egit ḡ pruden
tiſſime in ſuis opibus ſapia eter
na vt in aliquo natura coopare
tur miraculis. vt per coopatōeꝫ
nate. infirmitaſ noſtri intellect⁹
iuuaret et per miracula. dina po
tentia exaltaret. Quis enim ve
rum hominē fuiſſe xp̄m crederet
ſi non ex femina natus. inter ho
mines nutrit⁹ ⁊ vt homo neceſ-
ſitatibus noſtris affectus fuiſſꝫ
Si repente inter homies appa
ruiſſet et iterū diſꝑuiſſet et non
magꝭ fantaſma fuiſſe eſtimaret
ſicut manichei heretici ſomnia-
rūt. hij eni non capiētes ꝙ ho-
mo verus et corꝑalis naſceret d̄
virgie. ꝓlapſi ſunt in hereſim. vt
dicerent xp̄m non veꝝ ſed fanta
ſticum corpus hūiſſe. Alij dixe-
runt eū corp⁹ celeſte attuliſſe ſic
valentinian⁹ ad vtramqꝫ aūt he
reſim ſequit xp̄m hominē veruꝫ
non fuiſſe. Quantomagis hoc
diceret. ſi non de homine natuſ
ſubito appuiſſet inter homies.
ꝑfect⁹ ſtatura de quo aug⁹. ad
voluſianū Si omipotens deus
ait hominē vn̄cumqꝫ formatum
non ex materno vtero aſſumeret
ſeqꝫ repente offerret ꝯſpectibus
hoim. Nōne opinionē cōfirma
ret erroris. nec hominē aſſūpſiſ
ſe vllo modo crederet. et dū oīa
mirabilitet faceret. auferret qd̄
miſicorditer fecit Opus ḡ ha-

buit adiutorio virgine. de qua naturã aſſumeret. natuſqꝫ ex ea puulus aleretur. eiuſqꝫ miniſterio ac ſolicitudine materna. ſucceſſiuis ꝓfectibus ad corporee ꝑfectionis ſtatum ꝑduceretur. ad idem Ambroſ. li. de incarnatione ait. Nunc ad fidei confirmatõem multa inuenies ſm naturam. multa ſupra naturã Secundũ ꝯditõem nature in vtero feminei fuit corporis. ſed ſupra ꝯditionem nature virgo concepit et virgo peperit. vt crederes quia deus erat qui innouabat naturam Et homo erat. qui ſm naturam naſcebatur ex homine Opus ergo erat hanc naſci virginem quia ad hoc erat preordinata vt eſſet mater dei. ¶ Deniqꝫ dicit beatus Bern̄. ſufficere poterat ad omniũ reſtauratõem chriſtus. ſed nobis opus erat vt ꝯcurreret ſexus vterqꝫ in reparatione. ſicut vterqꝫ non defuit in hominis deſtitutõne. vt ſic apte reſponderet lapſui modus reparatõnis. Alioquin non honorem ſuum plene recuperaret ſexꝰ ille qui repatiõi homini deeſſet Nunc ergo matrem eligere voluit ꝑ quã ſalutis eſſet initium. per quã induceretur redemptor ſicut ꝑ mulierem fuit ꝑditionis inicium. et per eam vir totiꝰ humane nature ꝓncipium fuit inductus in peccatum. D

¶ Ordinata eſt ſcdo vt eſſet reorum potens aduocata. Nouit em̄ dominꝰ trepidatõem noſtrã Nouit et noſtrã indignitatẽ.

¶ Propter ꝓmũ timuimꝰ ad offenſum redire patrem ſolo auditu territi. ſicut adam poſt pctm̄ ad folia fugiẽs ait. Audiui vocem tuam et timui. et abſcondi me. In filio deniqꝫ quẽ mediatorem accepimus. veremur diuinam poteſtatem quoniã licet homo factus eſt. manſit tamen deꝰ Deus vero ignis cõſumens eſt. Deutro. 4. Non itaqꝫ mirum. ſi et ad deum filium peccator trepidet accedere. ne quẽadmodũ fluit cera a facie ignis. ſic pereat ipſe a facie dei. vt dicit in Pſal. Voluit itaqꝫ et nos habere matrem cuius tenerior ſolet eſſe dilectõ que ſuſceptorꝫ filiorum aduocata filio eos recõciliaret. ꝛ ꝑ filium patri. In qua nihil auſterum. nihil terribile. Reuolue inquit Bernardꝰ diligentiꝰ euangelice ſeriem hiſtorie vniuerſam et ſi quid forte increpatorium. ſi quid durum. ſi quid deniqꝫ ſignum vel tenuis indignatiõis occurrerit in maria. de cetero ſuſpectã habeas et accedere verea re. omnibus em̄ omnia facta eſt ſapientibus ꝛ inſipientibus copioſiſſima caritate ſe debitricẽ fecit. omnibꝰ miſericordie ſinum aperuit. vt de plenitudine illiꝰ accipiant vniuerſi. captiuꝰ redẽptionem. eger curationem. triſtis ꝯſolationem. peccator veniã Juſtus gratiam. angelus leticiã

Deniqʒ tota trinitas gloriam. filij pſona humane carnis ſub- ſtantiā. vt non ſit qui ſe abſcon- dat a calore eius. Ecce qualē no bis parauit matrem. ꝑ quam in trepide peccator aſcenderet ad deum patrem Primo ad hoiem purum ab omni peccati contagi one liberū. virginem ſcilicʒ ma- riam. per hanc ad hominem de- um. pro nobis incarnatum. per hunc ad deum patrem omnipo- tentem. vt ſic nulla eſſet via repel lendi aſcendentem. Siquidem exaudit matrem filius. prout ca nit eccleſia. Te filiꝰ nihil negās honorat. Exauditur ꝓ ſua reue rentia a patre filius ipſo dicēte. Ego ſciebam quia ſemꝑ me au- dis. Joh. xj. Ecce inquit Ber- nardus filioli. hec peccatorum ſcala. hec mea maxima fiducia. Hec tota ratio ſpei mee

I Propter ſcōm peccata noſtra diuiſerunt. inter deum et nos Jſay. 59. ꝓpter que merito noſtre preces ad deum aſcēdere nō poterant. Scimꝰ qꝛ peccato res deus non exaudit. dixit cecꝰ a domino illuminatus. Joh. 9. Deniqʒ nō reſpicit prius ad mu nera qȝ ad offerentē ea. opꝰ ergo erat mediatrice ad mediatorem dedit ergo et ab eterno ordina- uit piam. puram. ſanctam. accep tam. nobis matrem cuius manꝰ mundiſſime. quā ſemꝑ filius au dit. et filium pater nunqȝ non ex audit. vt per illam omēs noſtre preces et ſacrificia porrigantur. Et ita nunqȝ repulſam patiant. Hec eſt ſcala peccatoꝝ per quam chriſtus rex celorum ad ſe traxit omnia. Regula beati bernardi. Quecūqʒ deo offerre diſpoſui- mus. marie virgini ꝯmittamus. vt ipſa filio pſentet. et ſuis meri tis. ⁊ dignitate. ac precibꝰ. quid quid minus acceptū eſt ex nobis ſuppleat. et ſic acceptum reddat Ecce ſicut filius nobꝭ natus eſt ⁊ nobis datus frater. Jta ⁊ ma ria filij genitrix. nobis nata eſt nobis data eſt mater ⁊c̄. hinc ca nit eccleſia. Ad nutum domini noſtrū dictantis honorem. ſicut ſpina roſam genuit Judea mari am. Ut vitium virtus operiret gratia culpam. expone.

☞ K Ordinata fuit tercio vt eſſet nobis virtutum et totiꝰ ſanctitatis forma Hinc canit ec cleſia natiuitas eſt hodie ſancte marie virginis cuius vita incli- ta cunctas illuſtrat eccleſias. Jn ea enim gratiarū plenitudo oīm virtutis actum expreſſit. Que enim alijs ꝑ partes. ſe totam in- fudit marie gratie plenitudo ait Hieroꝰ. ad paulam. qȝuis aliter et aliter Jn xp̄o em̄ fuit plenitu do gratie tanqȝ in homine perſo naliter deificato. Jn maria xp̄o tanqȝ in templo ſingulariter con ſecrato Jn chriſto tanqȝ in capi- pite influēte. Jn maria tanqȝ in collo tranſfundendo. Talis em̄ fuit maria ſm̄ Ambroſ. vt eius

vnius vita ſit omniū diſciplina.
Nihil deniq; eſt ſplendoris, ni-
hil candoris. Nihil eſt numinis
quod nō reſplendeat in virgine
glorioſa. Itaq; in ea etiā ſunt ex
pſſa toti⁹ ꝓbitatꝭ magiſteria. vn̄
beat⁹ Amb. li. de virgi. Preter
eīm ꝓuilegia ſibi ſoli cōceſſa. etiā
ꝟtutes cū alijs cōes in ea fuerūt
heroice ⁊ ſingulares. A nullo de
niq; illuſtrari vincit̄. ait Dam. ſ;
oīm (ſctitatꝭ excellentia) victrix
extitit Hinc in pſa canit̄. Tu pi
os patrū mores oſtētas in te ſed
excellis eoſdē. quo ꝟgo beata cō
mendat̄ ex glorioſis ꝑentib⁹ ſeu
pr̄ibus q̄s imitata eſt in ꝟtutib⁹
Habuit eīm in linea ꝯſanguitatꝭ
nobiles. ſic̄ pt; ꝺ genealogia ei⁹
Ipſa eīm orta eſt de tribu ieſſe c⁹
ꝟga floruit ī generoſa ꝓpagatōe
Ab ip̄o ei regnū iudeoꝝ exordiū
ſūpſit. Nā fili⁹ eius dauid ꝑmo
vnct⁹ erat. iux̄ illud ps̄. Inueni
dauid ſuum meū. oleo ſctō vnxi
eū. Exēplifica ſi placet de pr̄ib⁹.
Ecce ad q̇d ordinata. vn̄ q; mr̄
dei electa qꝺ eſſe ſūmū eſt crea-
tur ꝫ. debem⁹ ei ſummū poſt deū
honorē ⁊ yꝑdulie cultum. Quia
reoꝝ potens aduocata. ad ip̄am
nobis eſſe d; in oīb⁹ nr̄is neceſſi
tatib⁹ fiducialе refugiū. Quia
toti⁹ honeſtatꝭ forma. ei⁹ imitari
dēm⁹ ſctitatē. tāq; certiſſimū to
ti⁹ iuſticie exēplū Quatin⁹ ea m
ſequentes in via eius ductu ⁊ in
terceſſione ſibi coniungi merea-
mur in patria.

¶ In feſto conceptionis
Marie Sermo. III. in or-
dine. XIII.

AVe Luce

ꝑmo. A Ad virgi
nee laudis exordiū hodierna ſo-
lennitate iterū reuocamur. dum
poſt decurſas eiuſdem virginis
feſtiuitates. annus recurſus per
eius conceptiōis ſolennia noſtre
nobis redemptiōis ꝑmordia re
commendat. Cum enim per hāc
virginem ſalus mundi apparuit
credentibus. ꝑ ipſam quoq; iux-
ta verbum domini. antiqui ſer-
pentis caput contritū eſt Gen̄. 3
Patet manifeſte. huius virgi-
nis formatōem. ad noſtre ſalutꝭ
ꝑmordia ꝑtinere. Sicut nanq;
duo viri famoſi mirabiliter dei
operatione formati ſunt. adam
ſcilic; ⁊ chriſtus Ita et due repe
riūtur mulieres famoſe a domi-
no mirabiliter inſtitute et edifi-
cate. que licet diuerſimode et ve
lut oppoſite. duorum diſſimiliū
fuere ꝑncipia populorū Eua ſc;
et maria. Quarum ꝑma princi-
pium fuit naturalis ꝓpagatōis
oīm ꝑ adā ei⁹ maritū Altera ſc;
maria. ꝑncipiū eſt ſpūalis regn̄a
tiōꝫ oīm ꝑ xp̄m ei⁹ filiū. Primā
euā videlicet edificauit dn̄s de
coſta ade. ipi in adiutoriū Gen̄.
2. vt eſſet tab̄naculū electum. et
dom⁹ ſalutaris in qua ab initio
creſceret. viuificaret̄. ⁊ illeſa fua
retur tenera ꝓles hūana vſq; ad

exitum de tenebris viſcerum in
mundū hunc luminoſum. Sed
ꝓch dolor in ꝯtrariū res verſa ē
Nā dom⁹ hec mirabiliter ad vi
uentium ſalutem edificata mox
occubuit et corruit corruendoqꝫ
ſic intrinſecus corrupta eſt et in
fecta vt omnes in ea ꝯpactos eij
ceret letaliter ſauciatos Sicqꝫ
domus generationis humane
prolis. facta eſt domus mortis.
domus gaudij facta eſt domus
meroris. qđ parum foret. ſi non
domus originalis iuſticie. facta
eſſet ſpelunca mortalis culpe. et
per hoc domus dei facta eſſet fo
uea dyaboli. Ecce miſerum. in-
fectum et maculatum habitacu
lum in quo neceſſe eſt filios et fi
lias adam ꝓmordialiter hoſpita
ri. Ne ergo morbida originalis
hoſpicij infectio vniuerſos lede
ret ad mortem. et mortem incu-
rabilem. nihil decentius diuine
bonitati miſereri volenti. nihil
oportunius naſcituris filijs ade.
Immo nihil neceſſarium magis
mortalib⁹. qꝫ ꝙ iterum domin⁹
opere ſtabili (ſed alterius fabri
ce) edificaret mulierem nouam.
que veteris domus corruptionē
ſua puritate reformaret. que eēt
domus dei. tabernaculum altiſ-
ſimi. domus vite et ſalutis De
qua ſalus mundi egreſſura erat
ſine macula. omniū maculas ab
ſterſurus. De quo beatus Ber-
nardus omel'. 2. ſup miſſus eſt.
Inter alia multum ad noſtrum
ꝓpoſitum ait. Letare tu pater
adam. Sed magis tu eua exul-
ta. quia ſicut omnium parentes
ita omniū fuiſtis ꝑemptores et
quod miſerabilius eſt. prius per
emptores qꝫ ꝑentes. Conſolami
ſuper filia. et ſuper tali filia pa-
rentum reparatrice. poſterorum
viuificatrice. que non vt prior
tu eua ſuperba et fatua. ſed hu-
milis ⁊ prudens. pro ligno mortis
guſtum porrigit vite. et ꝑ vene-
noſo cibo illo amaritudinis fru
ctum pariat eterne dulcedinis.
Hanc ergo feminam ſingularit
venerandam. oppoſuit domin⁹
priori illi eue. quod angelus ſub
tiliter innuēs ſalutatōem orſus
eſt a nominis ꝓme matris oppo
ſitione dicens virgini Aue

☞ B In prioribus feſtiui
tatibus de virginis conceptōne
patuit. licet breuiter. qꝫ apte ei
dicatur Aue. quod ſm interpre
tatōem ſonat ſine ve et preſtim
ꝓut illi feſto cōuenit. ſine ve ori
ginalis peccati. Nunc ſupereſt
tractare. ꝙ non minus ſingula-
riter et proprie ipſum verbulum
Aue ei cōuenit. conſideratū ſm
oppoſitiōem quam habet ad no
men prime matris Eue. Quo re
ſpectu eccleſia de ipſa canit. Sū
mēs illud aue gabrielis ore. fun
da nos in pace mutans nomen
eue Componunt enim hee due
dictiones Aue et Eua ex eiſdem
tribus litteris. a. e. u. ſed oppoſi
to ordine ꝯbinatis. Nam ea lr̄a

que vnā initiat aliam termiat ⁊
ecōuerſo. ¶ Qđ nequaq̄ʒ miſte-
rio carere putandū eſt. Et licet
ip̄m pfecte indagare nō valem⁹.
ſaltē ea q̄ ex patrū ſentētijs hu-
ic miſterio ꝯgruūt. vt poſſumus
explicemus Apte ſiquidē aue ad
mariā angelus pſonat. cui eua
opponitur. Qm̄ veteris eue ꝯdi
tionib⁹ virgo nouella aduerſaꝛ.
¶ Opponiꝛ aūt eue maria. q̄ntū
ad pſonalia. et q̄ntū ad ppagati
onis pncipia ¶ Quantum
ad pſonalia. i. ppria pſonaꝝ ſiue
actus pſonales eue maria oppo
nitur. tam in eaꝝ pductiōe q̄ʒ in
ꝯuerſatōne. qm̄ eua de maſſa in
nocentie. coſta videlicʒ innocētꝫ
viri ade formata. ſibi innocētiā
pdidit. nobꝫ originale peccatum
inuenit. Maria vero de maſſa
pditōis ſiue pditōne ꝯcepta pec
catū originale pdidit. pmo ino
centiā inuenit eumq̄ʒ qui oīm di
luit pctā. imaculatū edidit ima-
culata. hinc Bern̄. ſ. 3. de vigi.
ntitatꝫ dn̄i. Mr̄ eſt ſine corrup-
tōe virginitatꝫ. fili⁹ ſine oī labe
pcti. Nō cadit in matrē. eue ma
ledictio. nō cadit in plem. gene
ralis illa ꝯditio. de q̄ dictū eſt p
pphetā. Nemo mūdus a ſorde.
nec infans cui⁹ vni⁹ diei eſt vita
ſup terrā. Ecce infans ſine ſor-
de. ſolus inter hoīes verax. imo
et veritas ipſa. Ecce agnus ſine
macula. agn⁹ dei qui tollit pecca
ta mdi. hec Bern̄. ¶ Eua de co
ſta materiali pducta. coſte ppri

etates amiſit. Maria de lūbis
abrae deſcendēs. pprietates co-
ſte inuiolabiliter ꝯſuauit. Siq̄
dem p̄ oībus viguit vigore iuſti
cie. emicuit puritatis albedine.
habuit firmitatē ꝯſtātie. curua
baꝛ pmptitudīe obediētie. vt dt
Hen. de haſ. in ſ. de ꝯceptōne.
¶ Eua de latere viri dormientꝫ
facta eſt. Maria v̄o ex corde di
vigilantꝫ p̄deſtinata. hinc Ecci.
24. in ei⁹ pſona ſcribiꝛ. Ego ex
ore altiſſimi pdiui pmogeita an̄
omnē creaturā Et iteꝝ Ab eter
no ordinata ſum. ⁊ ex antiquis.
anteq̄ʒ terra fieret. necdū erant
abiſſi. et ego iam ꝯcepta eram.
Prouer. 8. D ¶ Oppoſito
etiā mō ſe habuit virgo benedi
cta ad euā morū ꝯuerſatōe. Nā
eua ad ſe reflexa. deum factorem
ſolū reliquit. ſeſe inordiate dile
xit. ideo v̄ba ſerpentis falſa pol
licitatōe dei ſimilitudinē pollicē
tis audiens. ppria affectōe ſedu
cta. ſuadenti dyabolo ꝯſenſit. p
priam excellentiam tam ſtulte q̄ʒ
ſuperbe appetens. deum ꝯtemp
ſit. legem vite tranſgrediens. ne
ceſſitati mortꝫ ſe ſubdidit. Ma
ria vero ad deum toto corde ſu
ſpenſa. ipſum ſolū dilexit. et pro
pter eum quē amauit. et mundi
regna. et gloriam. ⁊ ſeipſam peni
tus ꝯtempſit. Adeo vt ſm Ber
nardū ſup miſſus eſt. elegerit eē
ſterilis in iſrael et cōtemptibilis
mundo. atq̄ʒ obprobriū hominū
vt illi ſe totam conſeruare poſſet

intactam. cui ſe ſuamqꝫ deuoue-
rat caſtitatem. ¶ Eua per ſup-
biam ſe dei creaturam eſſe nō cō
ſiderans. deo parificari voluit.
Maria ꝓo factori ſuo humilit̾
ſe ſubdens. ancillam ſe noīauit.
vt dicit Bern̄. Et ꝑ hec vt Al-
bertus dicit ſuꝑ miſſus eſt. q. 25
Hec a dyabolo decepta. iſta ab
angelo eſt edocta. Jlla dyabolꝰ
vicit ꝑ ſuꝑbiam. iſta vicit dya-
bolum ꝑ humilitatem Eua gra
tiam ꝑdidit. Maria vero gra-
tiā inuenit. Jlla ṗma virginita
tem amiſit Jſta ṗma virginita-
tem deo ꝯſecrauit. Jlla deſpon-
ſatur mater et origo corruptarū
Jſta deſponſatur manſura ꝓgo
mater virgo virginū. Et beatus
Maximus in ſmōe de annūcia
tione. Sicut dyabolus ꝑ ſerpē
tem blanda deceptōis verba. pri
me ſuggeſſit mulieri. ita ſpūſſan
ctus ꝑ angelum verbum ſalutis
mittit perpetue virgini. Sed
illa improuida et rudis non ad
uertebat. qꝫ exicialis et noxia ta
lis eſſet confabulatio. Jſta cir-
cumſpecta et prudens cogitabat
qualis eſſet iſta ſalutatio. Eua
ad verba ſerpentis intumuit.
Maria ad vocem angeli inſoli
ta nunciantis extimuit. Hec ma
ximus. ¶ Ecce quemadmodū
in perſonalibꝰ. et quo ad produ
ctionem. et quo ad conuerſatio-
nem. eue maria opponitur. Qđ
congrue per vocabulorum Eua
et Aue oppoſitōem deſignatur.
Eiſdem enim litteris ꝯponūtur
nō aūt eodē ordine ſed ordine cō
uerſo. Sic maria et eua eiſdem
ꝯſtāt naturalibꝰ. corpore ſcilicet
et anima. animeqꝫ potentijs. ſed
oppoſitis actibus. oppoſita con
uerſatione et vſu. E

☞ ¶ Significat autem E
littera. que ſemicirculus eſt et
imperfectus hominem. cuius im
perfectionē propheta confeſſus
Jmperfectum meum inquit vi-
derunt oculi tui. et Jſay. ca. 4.
Hominem propter ſuam imper-
fectionem et fragilitatem feno
gloriam quoqꝫ eius flori compa
rat decidenti.

☞ ¶ A vero quia prima litte-
ra eſt principium repreſentat qđ
eſt deus. Hinc in apocalipſi fre-
quenter repetitur. Ego ſum. A
et O principium et finis.

☞ ¶ U vero quod ab vnione
linearum in cono incipit. et ad
diuiſionem earundem tendit.
vnionem in principio. diuiſionē
in fine figurat.

☞ ¶ Prima itaqꝫ mulier que a
ſui amore cepit. ſe inordinate di
lexit. omnia in ſeipſam ordinan
do ſibi vniuit. ſibiqꝫ ſubijci con
cupiuit. et ita a deo quem con-
tempſit ſe diuiſit recte Eua no-
minatur. Que vox ab E quod
hominem ſignificat incipit. per
. U. qđ cum principio. E. id eſt
homine vnionem. et diuiſionem

a finali littera. a. id eſt deo im-
portat.

¶ Maria vero que a dei amo-
re incepit. omnia in deum ordi-
nando ac referendo. ſibi nihil at-
tribuit. nihil ſibi concupiuit cũ
a. i. deo vnita ab e. i. ſe homine
penitus diuiſa facta ſibi velut
vas perditum. vt in domino ſe
inueniret apte per aue ſalutatur
Ipſa eſt enim que in canticis do-
mino ait. Ego dilecto meo et di-
lectus meus mihi. Can. 6. Et in
cantico ſuo Magna et mirabi-
lia que ei dominus fecerat (vn-
de non immerito ab omnibus
btificaretur) attendens. nihil
ex omnibus ſibi attribuit. quin
magis in eum vnde effluxerat re-
tulit vniuerſa. Ait eni Ecce eni
ex hoc beatam me dicent omnes
generaciones. et ne ſibi ex beati-
ficatione ſua quicq̃ arrogaret.
cauſam huius beatificationis i
dominum retorſit ſubdens.
Quia fecit mihi mgana qui po-
tens eſt et ſanctum nomen eius.

¶ f

¶ Opponitur etiam beatiſſi-
ma virgo Eue quantum ad pro-
pagationis prin cipium.
Cum enim ſm beatũ Aug. 14.
de ciuitate dei capitulo vltimo.
Duo amores. duas fecerunt ci-
uitates. Terrenam. amor ſui vſ-
q; ad contemptũ dei. Celeſtem
vero amor dei vſq; ad contemp-
tum ſui. Eua per amorem ſui au-
ctum vſq; ad cõtemptum dei pri-
cipium fuit ciuitati terrene. que
per babilon ſignificatur. in qua
dyabolus principatur. Maria
autem per amorem dei facta eſt
principium ciuitatis noue hie-
ruſalem. in qua principatur pa-
ter eternus. ⁊ verbum eius ieſus
chriſtus immaculatus agnus ſi-
cut ſcriptum eſt. Et agnus qui
in medio throni eſt reget illos.
Apoc. 7. Siquidem eua pro-
pria affectione vt ſupra dictum
eſt ſeducta. necis guſtum etiam
viro obtulit. ſeduxit et per eum
peccatum et mortem in totam
ſuam poſteritatem tranſfudit
Ac ſic per eam ira dei quam pri-
ma meruit. in omnes concupiſcẽ-
tialiter per eos propagatos ve-
nit. propter quod apoſtolus ait
Per vnum hominem peccatum
intrauit in omnes. et per pecca-
tum mors Rom. 5. Et iterum
Omnes naſcimur filij ire.

¶ Et per hoc eua facta eſt prin-
cipium tenebrarum inquantum
per eam inducta eſt nox ignoran-
tie ⁊ pcti in totũ genꝰ humanu
Sed maria virgo ſup omẽs be-
nedicta ſe in oibus contemnens
deũ ſolũ ſup oĩa pfectiſſime di-
ligens reconciliatõis graciã in-
uenit. dũ ſua ardẽtiſſima carita-
te. ⁊ ſup angelica puritate mũdi
lapſi reparatorẽ. verbũ patris. do-
minũ ieſũ xpm. d patris gremio

in ꝟginalē vterū inclinauit Hūili
tatꝫ ceterarūqꝫ ꝟtutū odore ꝯtra
xit. ſicut ſcriptū eſt; Dū rex eſſꝫ i
accubitu ſuo nardus mea dedit
odorē ſuū. Accubitꝰ regis ſinuſ
eſt pr̄is. nardus virginis hum:-
litas eſt. tociꝰ cuſtos ac repatrix
ꝟtutis. qm̄ nardus herba eſt ꝑ-
ua odorifera. pectoris purgati-
ua ¶ Hinc de marie hūili-
tate Augꝰ. in quodā ſmōe O
vere inq̄t btā marie hūilitas q̄
deū hoibus pepit. vitā mortali
bus edidit. celos inouauit. mū-
dū purificauit. ꝑadiſū aꝑuit. et
hoīm aīas ab inferis liberauit.
O vere marie glorioſa hūilitas
que porta celi efficit̄. ſcala dei cō
ſtituit̄ facta eſt certe maria ſcala
celeſtis. ꝑ quā xp̄c dſcēdit ad ter
ras Sic ēqꝫ maria nobis facta
eſt pncipiū lucis gr̄e et veritatis
dū ꝑ eam venit lux et decꝰ vni-
uerſe fabrice mōi xp̄s dn̄s ſol iu
ſticie auctor gratie et veritatis.
Sicut Jo. i. dr Lex per moyſen
data eſt. gracia et veritas ꝑ ieſū
xp̄m. qui ſoluens maledictōem
dedit bn̄dictōꝫ. ⁊ ꝯfundēs mor
tē donauit nobis vitā ſempiter
nā. ¶ Et ita vt Amb. ſuꝑ lucam
ait. Per mariā ſalus oibus ꝑa-
batur. Eua ģ vt albertus ſuper
miſſus eſt inquit. viro ſuo occa-
ſio ꝑditōis. Maria vero xp̄o fi
lio ſuo adiutoriū redēptōis. Il-
la damnauit Iſta ſaluauit. Nā
hec tranſiuit et nos rrāſire fecit
de gr̄a in culpā. Iſta ſurrexit et
nos ſurgere fecit de culpa i gr̄aꝫ
Illa omnes generauit in mūdū.
illa in celum Illa pncipiū morta
litatis. iſta pncipiū vital' regene
rationis Et Be. in ome. Quia
mors intrauit ꝑ femiam. apte re
dit̄ et vita per femiam. Illa ꝑ di
abolū ſeducta. ꝑ ſerpētē viro gu
ſtum necis obtulit. hec edocta a
deo per angelū mundo auctoreꝫ
ſalutis edidit ¶ Beatus quoqꝫ
maximꝰ in ſermone ad idem loq̄
tur dicens. Maledictio eue in
benedictionē mutatur marie.
Hec eni pme matris dāna reſol
uit. Hec homini ꝑdito redem-
ptioneꝫ adduxit. Mater enim
generis noſtri penā intulit mū-
do Genitrix dn̄i ſaluteꝫ edidit
mūdo Auctrix peccati eua Au-
ctrix meriti Maria. Eua occi-
dendo obfuit Maria viuificā
do ꝓfuit Illa percuſſit. iſta ſa-
nauit Et beatus Bern̄. in ſmo
ne cuius principiū eſt Signum
magnū Crudelis inquit media
trix eua ꝑ quam ſerpēs antiquꝰ
peſtiferū etiā viro virus infudit.
Sed fidelis maria que ſalutis
antidotū et viris et mulieribus
ꝓpinauit. Illa miſtra ſeductiōꝫ
iſta ꝓpiciatōis Illa ſuggeſſit p̄-
uaricatōem. hec ingeſſit redem-
ptiōem ¶ Quia itaqꝫ in omni-
bus eue p̄uaricatrici inocēs ma-
ria opponitur. ꝯuenietiſſime in
ſingulariſſimo ſalutatōis eulo-
gio nomen eue in melius ꝯmuta
tur. ¶ Nos aūt attendentes ꝑ

mariā vniuerſa veteriſ culpe dā-
na recupari. atqꝫ ꝑditam ſalu-
tem celeſtēqꝫ hereditatem reſti-
tui. Ad hūillimas gratiaꝝ actio
nes ſūmo patri inclinemur qui
hodierna die afflictiōem popu-
li ſui reſpiciens. ſctiſſimū virgis
tabernaculū ꝯceptiōe mūdiſſiā.
edificare cepit. quo is recipetur
ꝑ quem vniuerſa ꝑdita reſtaura
rētur. dn̄s noſter ieſus xp̄c fili⁹
ſu⁹. ſecū et cum ſpū ſctō vnus na
turalis ac conſubſtancialis de⁹
in ſecula benedictus. Amen.

¶ In feſto purificationis marie. ſermo. III. in ordie XIIII.

AVe Lu. i.

A Gracias redēpto-
ri noſtro. ait Ber. ſmōe
2. de hac feſti. qui tam copioſe
ꝑuenit nos in bn̄dictōibus dul
cedinis infantie gaudia noſtra
multiplicans. Celebratis ſiqui-
dem pauloante natiuitate. cir-
cūciſione. apparitōe eius feſtis.
hodie nobis oblatōis eius dies
illuxit. Hodie nāqꝫ ſiſtit creato
ri fructus terre ſublimis. hodie
placabilis et deo placens hoſtia
virgineis manibus offert in tē-
plo. portat a ꝑentibus ioſeph et
maria ſacrificiū maturinū ſyme
on anna ſuſcipiunt ſenes et iuſti
expectantes conſolationem iſra
el. Non enim ſolum ait Ambro
ſius ſuper Lucam ab āngelis et
prophetis. a paſtoribus et parē-
tibus. ſed etiam a ſenioribus et
iuſtiſ. generatio dn̄i accepit teſti
moniū. omis etas vterqꝫ ſexus.
euētorūqꝫ miracula. fidem aſtru-
unt. ꝓphetauit ſymeon. ꝓpheta
uerat copulata cōiugio. ꝓpheta
uerat virgo. debuit etiā vidua.
(ne qua deeſſet ꝓfeſſio aut ſex⁹)
de domino prophetare. Omni
um horum feſtiua hodie colitur
memoria. Sed eius maxime
que excellentiſſimā hanc oblati
onem. benedictum ventris ſui
fructum. ſine ve corruptionis et
doloris peperit. virgo illabata
manens poſt partum. pro noſtra
purgatione in templo celeſti pa-
tri obtulit. non habens ve cu-
iuſlibet criminis et īmundicie in
ſe quomodolibet purgandum.
legi pollutis ſtatute matribus
paruit. ab omni ve legalis obli-
gatōis liberrima. publicū nobiſ
prebens obie exemplū. ¶ Sed
quotiens cariſſimi de hac glo-
riſſima īteme rataqꝫ ꝟgine dei ge-
nitrice maria. vr̄is dilectōibus
loqui feſtorū ꝯpellit ſolēnitas.
Exultat quidē ī gaudio animuſ
ſed deficit loq̄ndi virtus. Hec
nempe eſt que ſingularem in cor
dibus oim nr̄m vendicat ꝑnci-
patum. ad cuius nomē hūiliter ī
clinamur. eius feſtis aſſiſtimus.
eius memoriā dulciter freq̄ntā⁹
Spūs enī eius ſuꝑ mel dulcis.
in qua cū oī ſua dulcedine dn̄s

ſuꝑuenit. Et quidem loqui me
officium cogit. affectio trahit.
Sed diues affectio vocis pauꝑ
tate confunditur. Et quod am-
plius terret. ve peccatorū conſciē
cia alligatur ⁊ obmuteſcere ſua-
det vbi vniuerſa loq̇r creatura.
¶ Verūtamen ſi ipſa (que ver-
bum patris ex ſe corꝑaliter geni
tum hodie in templum cum ho-
ſtijs preſentauit. purgatiōeꝫ pec
catorum non ſuorum ſed noſtro
rum faciens) ipm verbum nobꝫ
dare complaceat. quibus vtiqꝫ
genuit. nō erit os meum expers
ſmonis. nec corda veſtra vitalis
fructus ſeminis. ¶ Quod citiꝰ
valebimꝰ impetrare ſi eidem vir
gini occurramus deuote. Ange
lico verbo ſalutantes Aue mari
a gratia plena ⁊c.   B

☞ ¶ Multiplex laudis preco
nium. verbum aue virgini aſcri
bit. cum ab eadem omnem defe
ctus imperfectionē elidit. Que
enim ſine ve angelico predicatur
eloq̇o. ſemota haud dubium ab
omī ꝑbat vituꝑio. neqꝫ em̄ ſine
ve dici poterit. cui adiacet quo
priuari laudabiliter cupit.
¶ Et quāuis a multiplici ve. et
culpe et pene liberata fuerit. ve-
rius preſeruata. De quibuſdam
tamen ſm ꝑ̄ſentis feſtiuitatis ex
igentiam tantūmodo eſt dicen-
dum. ¶ Incurrebant ſiquidem
filie eue. aut maledicte ſterilita-
tis obprobrium. Aut ve triplex
per concepti prolis puerꝑerium.
ſcilicet virginalis corruptionis.
penalis editionis. et legalis irre-
gularitatis. ¶ De ꝑmo dicitur.
maledicta ſterilis in iſrael. De
ſcd̕o et quarto Leui. 12. ſicut in
hodierno legitur euāgelio Mu
lier. id eſt corrupta. ſi ſuſcepto ſe
mine peperit maſculū immunda
erit ſeptem diebus. ⁊ die octaua
circumcidetur infantulus. Ipſa
vero triginta diebꝰ manebit in
ſanguine purificationis ſue. om
ne ſanctum nō tanget. nec ingre
ditur ſanctuarium donec imple
antur dies purgationis eius.
De tercio dictum eſt eue pro ſe ⁊
omnibus filiabus In dolore pa
ries filios. et ſub viri poteſtate
eris. et ipſe dominabitur tui.
Geneſ. 3. Ab his omnibus
ſola virgo fuit immunis omni-
mode. ꝑpter quod ei ſingulari-
ter hec forma ſalutationis con-
gruit Aue. quod ſonat ſine ve.
Sed primo dimiſſo. et pro an-
nunciationis feſto reſeruato. de
reliquis tribus videndum eſt
                C

☞ ¶ Fuit itaqꝫ primo virgo
a ve corruptionis intacta. quia
an̄ partū. in partu. ⁊ poſt partū
virgo perpetua. de quo Auguſti
nus ſuꝑ Johem. Sicut in ſepul
cro vbi poſitum erat corpus do-
mini. nec ante nec poſtea mortuꝰ
iacuit. ſic vterus marie. nec ante
nec poſtea quidquid mortale cō

cepit quamuis tamen non defue
runt heretici et infideles. hanc
virginitatem multipliciter infa
mantes. Sicut et benedictꝰ ven
tris ſui fructus. innumeros ha-
buit blaſphematores. Im
pugnabat virginitatem matris
in conceptione error iudeorum
et carpocratis heretici. qui chri
ſtum natum de vtroqꝫ parente
Joſeph et Maria ſunt mentiti
Impugnant eandem in par-
tu paganoꝝ philoſophi. huma-
no ſenſu corpora quãta. ſe pene-
trare tanq̄ꝫ impoſſibile abnuen-
tes. Detrahunt puritati vir-
ginis poſt partum. hebion. theo
dotus. et poſt hos veniens elui-
dius heretici. virginem poſt par
tum nupſiſſe. alioſqꝫ filios et fi-
lias procreaſſe blaſphemantes.

Sunt et alij virgini con
tumeliam inferentes. qui dum
corporalem eius integritatē in-
ficiare nequeunt. mentis purita
tem infamare laborant. eam in
quiunt mente virginem non fo-
re. que diſpoſuit quandoqꝫ nu-
bere. et viro ſe paſſa ſit deſpon-
ſare. cōtra quos egregie Hugo
venerabilis volumen edidit. in
quo eorum hereſim confutauit.
Hec quadrifida blaſphemā
tium turba In verbo primo an
gelice ſalutationis Aue ſcilicet
reprobatur. quomō em̄ ſine ve
ab angelo predicaretur. in qua

ve pudoris et corruptōis. ⁊ per
ꝯſequens doloris inueniretur?
Particularius tamen nunc ſe-
cundi et tercij ſunt confutandi.
primi et vltimi in tempus aliud
differendi.

Q erergo virgo pu-
riſſima in partu. ſine ve corrupti
onis extiterit. claris oſtendetur
ſcripture auctoritatibꝰ. figuris
et exemplis. ꝙꝫ nihil impoſſibi
le deo continet. virginem parere
ſimul deducetur. Inquit
enim Jſaie. 7. Ecce virgo conci
piet et pariet filiū. Non ait tan
tum concipiet virgo ſed ⁊ pariet
virgo Ezechiel deniqꝫ c. 44
Hoc ipſum in ſpiritu ſub figu-
ra porte clauſe vidit. et ꝙ vidit
non tacuit ait enim. Conuerti
me ad viam porte ſanctuarij ex-
terioris. que reſpiciebat ad oriē
tem et erat clauſa. Et dixit do-
minus ad me. porta hec clauſa
erit. et vir non tranſibit ꝑ eam
Uere ſupgreſſa. Nam cetere habēt gradū aliquē grē Jſta habuit fontem graꝝ Hinc beatus Bern. ome. 3. ſup miſſ⁹ ē inquit Legimus in actib⁹ aplóꝝ. et ſtephanū plenum gratia. ⁊ apoſtolos plenos fuiſſe ſpū ſancto. ſed longe diſſimilit maria Alioquin nec in illo habitauit plenitudo diuinitatis corꝑalit queādmodū in maria Et beat⁹ Hiero. ſ. de aſſumptōe. Et ſi in patribus et ꝑphis gratia fuiſſe creditur. tñ non catenus plena. Jn maria vero totius gratie que in xp̄o eſt plenitudo venit quāq̄ȝ aliter.

Cetere habent virtutes ⁊ gratias ꝑticulariter. maria habuit gratias omnes vniuerſalit De q̄ beat⁹ Hiero. in ſmone cogitis. Bene maria dicit gratia plena. qꝛ ceteris quid̄ ꝑ ꝑtes dat. marie vero ſe ſiml' infudit gratie plenitudo Et infra Nihil virtutis nihil ſpecioſitatis. nihil caſtitatis. nihil candoris glorie. quod ex ea nō reſplēdeat. Cete hn̄t gratiam ſm mēſurā Jlla ſm totius ſubiecti capacitatē. ideo d̄r Ecci. 24. Jn me oīs grā vie ⁊ veritatis. Jn me omis ſpes vite et virtutis. Cetere hn̄t grām cū alicui⁹ impuritatꝫ ꝑmixtōe pctōrū ſcȝ venialiū. dubietatꝫ. timoris. laboris. vel doloris. Uirgo maria gratiā habet puriſſimā. ſine q̄libet pcti originalis vel actualis labe. cū certitudine. qꝛ cū angelica q̄ fallere nō nouit teſtificatōne. ſine labōre domādi ſenſualitatē. ſine dolore cuiuſcunqȝ admiſſe impuritatꝫ. de q̄bus partim ſupra ⁊ ꝑtim infra dicetur. Hinc de ea ſpōſus in canticꝫ ait Tota pulcra es amica mea. ⁊ macula non eſt in te Canti. 4. Cetere habent grām ſed mutabilē. Unde multi ſanctoꝝ poſt acceptam grām peccauerunt. Maria vero habuit gratie ꝯfirmatōem. ita ꝙ ab ea cadere nunq̄ȝ potuit Nam a diuina ſapia fuit fabricata. columnis ſeptē ſuffulta ſeptem donis ſpūſſancti. ſeptemqȝ virtutib⁹. ita vt cadere vel nutare oīno nō poſſit ꝑuer. 9. Sapientia edificauit ſibi domū ⁊c. licet rectiſſime ſeptē colūnis. vniūſitas donoꝝ graꝝ et virtutū deſignet.

Hec etiā grā marie pleniſſima fuit ꝑ excluſiōȝ vacuitatis. oſtēdit ſic Alber. in d̄ lau. virgꝫ. q. 31. Quia ſic plena fuit grē. ꝙ maiorē graȝ nō potuit habere. ⁊ ita nihil in ea grē capax a grā vacuū fuit Quādiu em̄ vas pōt recipe aliq̄d. tādiu h̄t aliq̄d vacuitatꝫ. ⁊ ita oīs creata alia h̄t aliq̄d vacuitatꝫ. qꝛ maiorē grām poſſibilil' recipe. Quia ꝟo ipſa maiorē grām recipe nō potuit. ꝑ excluſiōȝ oīs vacuitatis. grē plena fuit. Hō intelligi oportet. in ſtatu vie. manēdo in gn̄e create. ⁊ ſcd̄m ordinatā potētiā d̄i. Nā in ei⁹ glorificatiōe recepit gloriā q̄ eſt grā ꝯſummata. q̄ maior eſt gratia vie. ſm illud ſaluatoris.

Inter natos ⁊c̄. Sed qui mīoꝛ
eſt in regno dei. maioꝛ eſt illo.
Matth. xi. In via autem maio
rem grām habere nō poſſet. niſi
ipſa diuinitati vniretur. hoc eſt
niſi ipſa eſſet deus. Sed ſic exi-
ret genus creature. manens aūt
in hoc genere maioꝛ gratia intel
ligi non poteſt. q̄ꝫ ꝙ ipſa eſſet dei
mater. Nꝛ de ipſa id acciperet̄.
ꝙ deo perſonaliter vniretur.
☞ ¶ Et additur ſcd̄m potenti
am dei oꝛdinatā. Poſſet em̄ ſim
pliciter maioꝛem grām (ſaltem
intenſiue) deus ſcd̄m potentiam
abſolutam matri dediſſe. immo
tantam quantā humanitati ſue
cum illa fuerit eiuſdem ſpeciei.
Sed ita non decuit. maximā g̊
grām quam diſpoſuit dare pure
creature nō aſſumpte dedit ma-
tri ſue. ☞ I ¶ Sed manet
dubium. quando maria habuit
maximā grām in via. An in ali-
quo inſtanti ante moꝛtem. Nō
nō videtur. quia cum oībus acti
bus ſuis merebatur vſq₃ ad in-
ſtans moꝛtis. Videtur etiam ꝙ
ꝯtinue gratia eius augebat̄ Sꝫ
h̄ dubiū differat̄ vſq₃ dum ad
h̄ veniat̄ ꝓuilegiū. qd̄ eſt oībus
actibꝰ mereri. Sufficit nunc ꝙ
totalis eiꝰ grā quam habuit in
via. maioꝛ fuit gratia cuiuſcūq₃
puri viatoꝛis. et tāta ꝙ maioꝛem
recipe nō potuit. ⁊ ita oēm vacu-
itatē penitus excluſit ¶ Nꝛ deni
q₃ gratia marie fluuio ꝯpatur. ꝓ
eo ꝙ abundantiſſime oīa irrigat
tāquā imediate a fonte inexhau
ribili ⁊ abiſſo diuine bonitatis
deriuata. Ex eo ptꝫ. qꝛ niſi ꝑ ma
riā. gratiā nemo ꝯſequitur. et ſic
ſine illo. xp̄o ſcꝫ. nihil factum eſt.
ita ſine illa nihil reeffectū vt dic̄.
Bern̄. ſ. 2. de penthc. Et. Alber
ſuꝑ miſſus ē. q. 56. Ipſa eſt inq̄t
ꝑuus fons. q̄ creuit i fluuiū max
imū. et in aquas plurimas redū-
dauit vt dicit̄. Heſter. 16. Ex fō
tis em̄ huius plenitudine ꝓfluit
omnis plenitudo hūani generis.
Ex hac venit nobis pꝛecium re-
dēptōis. aq̄ ablutōis. panis refe
ctōis medicina curatōꝫ. arma ex
pugnatōis ꝑmiū remuneratiōis
et beatꝰ Hiero. ad paulā ⁊ euſta
chiū. Talibꝰ decebat ꝟginē inq̄t
oppignerare mūeribꝰ. vt eēt grā
plena. q̄ dedit celis glīam. terris
deū pacēq₃ refudit. fidē gentibꝰ
finē vicijs. vite oꝛdinē. moꝛibꝰ di
ſciplinā. ⁊ infra. Celeſtꝫ plane im
ber. ꝟgineū vellꝰ ſe infudit. placi
do illapſu. ⁊ tō diuinitatꝫ vnda ſe ꝯ
tulit i carne. qn̄ ꝟbū caro factū ē
ac deinde ꝑ crucꝫ patibulū expſſū
terris oībꝰ. pluuiā ſalutꝫ īfudit
⁊ ſtillicidia grē humanis ꝑſtitit
mentibꝰ. Et ſeq̄tur Vere plena
ꝑ quā largo ſancti ſpiritꝰ imbꝛe
ſuperfuſa eſt omnis creatura.
Hec ille. ¶ Et ideo ſtatim vt
tocius gracie fontem verbū pa
tris in vtero ꝯcepit. ſurgēs mō-
tana ꝑtranſiit. elizabeth mini-
ſtratura Iohāni pcurſoꝛē ſancti
ficatura. vt ſic ſe fluuiū diui fōtꝫ

eſſe palam ōpe demōſtraret Sʒ
hoc ſeq̄nti ſmoni eiuſdem feſti
uitatis reſuet Ex dictꝫ clare pa
tet ſolutio ṗme q̄ſtionis K-
Scđa ꝟo q̄ſtio ita ſoluit ſm b.
Bern. ome. 4. ſuꝑ miſſus ē ꝙ iō
gracia plena p̄dicat ab angelo.
adhuc magis replenda. plena q̄ʒ
ſpū ſctō. in quā tñ adhuc ſupue
niet ſpiritꝰ ſanctꝰ. Quia priꝰ fu
it in ea ꝑ multā grām. ſed nunc
ſupuenire nunciat ꝑ abūdantio
ris gratie plenitudinē quā ſuꝑ-
fuſurꝰ eſt ſuꝑ illam. nam prioꝛ eꝰ
gracia tm̄ repleuerat mētem. ſe-
quens ꝟo etiam ventrē ꝑfunde-
re debet q̄tinus plenitudo diui-
nitatꝫ. que ante in illa ſic in mul
tꝫ ſctōꝝ ſpūaliter habitauit. etiā
ſicut in nullo ſctōꝝ corꝑalit in ip
ſa habitare incipiat Uel clari
us dicit. ꝙ nihil ꝓhibet diuerſ
reſpectibꝰ. ſiue ad diuerſa referē
do. idem dici plenū et non plenū
et ꝑ ꝯñs. q̄ͦ vno r̄ſpectu plenū ē.
alio reſpctū repleri magꝫ poterit
ꝛ plenius fieri Sicut cantrus.
ſm certam mēſurā ſignatꝰ. quā
tñ orificiū excedit. plenus dicit.
ſi menſure ſignū liquoꝛ infuſus
attingit. Qui tñ ſi vſqꝫ ad oꝛifi
ciū excreſcit adhuc recipit Sic
ergo plenus q̄ntū ad menſure in
tegritatē. nondū plenus eſt q̄ntū
ad vaſis capacitatem Pōt enim
aliq̇d vltra menſurā recipe. ꝓpt
q̄ͦ foꝛtaſſe ꝛ grāmatice loquen-
do Plenꝰ ꝯpationē recipit. que
fieri nō poſſet. ſi poſitiuo ſcilicet
plenus nulla pōſſet fieri additō
Si enim illud tantum plenum
diceretur. cui nullo reſpectu ad-
dicio aliqua fieri poſſʒ. nihil ple
nius pleno. nihil pleniſſimū dici
poſſet. L Ad ꝓpoſitū itaqꝫ
dꝛ ꝙ gr̄e plenitudo pt attendi q̄n
tū ad ſubiectū. ꝛ q̄ntū ad ſtatū
et q̄ntū ad modū et q̄ntū ad gr̄e
ſpēm ſiue habitū. et q̄ntū ad oēs
has drñas iō pt dici plenū gr̄a ꝛ
ſpū ſctō vno reſpectu. et nihiloiꝰ
recipe adhuc grām alio reſpectu
Ita enim plenū ſm vnū ſubiectū
poteſt adhuc recipe ſm aliō ſub
iectum Et plenū ſm ſtatū inferi
oꝛem. nondū plenū eſt ſm ſtatuʒ
ſuꝑioꝛē Et plenū ſm ſufficienti-
am. nōdū plenū eſt ſm ſupeffluē
tiam Item plenū ſm p̄deſtinati-
onem ſiue diuinā ꝓuidentiā tm̄
nōdū plenū eſt in actu. Et plenū
gr̄a gratū faciēte. pōt adhuc gra
ciam recipe gratis datā Et ple-
nū vna ſpē gr̄e. pōt recipe grām
adhuc alteriꝰ ſpēi. Sic dici pōt
de virgine glorioſa. ꝙ in ip̄o ſalu
tatōis inſtanti plena fuit gr̄a q̄n
tū ad aīam. ꝛ h̄ gr̄a gratū faciēte
ſcđm ſtatum in quo tūc erat vir
ginitatis. nondum maternitatꝫ
Plena etiā ſcđm p̄deſtinatiōem
dei. Adhuc tñ implēda gr̄a gra
tis data. fecunditatis ſcʒ quātū
ad coꝛpus. Implenda aūt maio
ri gratia gratū faciente in actu.
et quantū ad ſtatum maternita
tis dei ad quem aſſumēda erat.
Que omnia partim ex dictis. ꝑ

tim ex dicēdis clarius eluceſcent
¶ Solutis ſic vtcūqꝫ duabus
ꝓpoſitis queſtionib⁹ humilib⁹
precibus ipſam exorem⁹. q̄tinus
de fonte gratiaꝝ. quē hodie con
cipiendo de ſpūſancto. mente et
corpore ipſo repletam ꝓfitemur
ſtillicidia arentibus noſtris cor
dibus influat. quatinus ad eam
aſpirare valeam⁹. et ꝑuenire ad
diuinitatis ꝑticipatōem. ꝓpter
quā nobis cōmunicandā in ſuo
benedicto vtero. fact⁹ eſt homo
deus verbū. chriſtus ieſus dn̄s
noſter. qui cum patre viuit et re
gnat. in vnitate eiuſdem ſpiri-
tuſſancti. ꝑ omnia ſecula ſeculo-
rum Amen.

¶ In feſto viſitatiōis ma
rie Sermo. IIII. in ordine
XXII.

BEata que
crediſti. qm̄ ꝑfi
cientur ea que di
cta ſūt tibi a dn̄o. Luce. j.
A Adeſt ſpectabilis feſtiui
tas glorioſe ꝟginis. que felicem
trāſitū ꝑ mōtana ad vetule viſi-
tatōꝫ cognate. p⁹ ꝯceptū diuinū
eccleſia ſolēnizat. Gabriel nāqꝫ
ꝑanymph⁹. cū poſt allatā deſuꝑ
ſalutatōem. ad ſolatium virgis
ꝓpterqꝫ cauſas alias inferi⁹ ſpe
cificandas. ꝯceptū ſterilis indi-
caſſet (dicēs. Et ecce elizabet co
gnata tua ⁊ ipſa ꝯcepit filiū in ſe
nectute ſua. Et h̄ mēſis ſext⁹ eſt
illi que vocat̄ ſterilis. Expletoqꝫ
feliciter ꝯmiſſiōis ſue negotio)
rurſus aſcenderat in celū. Ma
ria virgo extēplo ſurrexit Abijt
ſalutauit elizabet. eiuſqꝫ ꝓphe-
tica benedictōne audita. domi-
nū qui mirifica oꝑat⁹ eſt. deuo-
tiſſimo cātico mirificauit. ac ſe-
ni cognate menſib⁹ tribus vſqꝫ
ad p̄curſoris natiuitatē humilli
me miſtrauit. Hec ſunt feſtiuita
tis hodierne gaudia venerāda.
Hec multiplicis grē effuſiōꝫ me
moria amplexanda Que feſtiui
tas. ceterꝫ eiuſdem virginis ſo-
lennitatib⁹ minor non eſt. q̄ntū
ad ea que ad btiſſime magnifica
tōem ꝑtinent Nam plenitudinē
grē quā angel⁹ in die incarnatōꝫ
dn̄ice nūciauit In iſta in ꝯſpctū
domini anus hodie approbauit
Beata inq̄t que credidit. q² ꝑfi
cient̄ in ea q̄ dicta ſunt ei a dn̄o.
¶ In die illa verbū prīs ꝯcepit
in ꝟginalis vteri latibulō. Ecce
inq̄t angel⁹ ꝯcipies in vtero. ho-
die diuinū ꝯceptū elizabet excla
mat in patulo. Et vn̄ mihi hoc
vt mater dn̄i mei veniat ad me.
In die illa laus ꝟginis ⁊ benedi
ctio nunciat̄ bn̄dicta tu inq̄t in
mulierib⁹ Hodie a ꝓpheriſſa cō-
ſummat̄. que qd̄ angelos dicere
nōdū potuit mulier ſancta adie
cit. Et bn̄dict⁹ fruct⁹ ventrꝫ tui.
Cōſūmatio āt bonitatis ⁊ bn̄di
ctōis arboꝝ. eſt bn̄dictio ⁊ boni
tas fruct⁹ excreſcentꝫ In die illa

virgō corde tm̄ domino cecinit.
Ecce ancilla dn̄i fiat mihi ſm
verbum tuū. Hodie voce plena
ſm plenitudinē ſue gratie domi
nū magnificauit. Nō ergo mi
nor hodierna feſtiuitas feſto an
nunciatōis quantū ad virginis
noſtre magnificatōem. Sed qn̄
tum ad nos aliquid etiā ſupad
dit in effluxu plenitudis gratie.
que fuerat in maria. Nam in il-
la die facta ē mater verbi eterni
creatoris ſui. Hodie facta ē ma
ter generis noſtri. Qm̄ tunc con
cepit deū corpaliter. Hodie vo
fideles dei cōcepit ſpūaliter. vt
ipſe ſit pmogenitꝰ in multis fra-
tribus. vt dicit apl's Roma. 8.
Nos aūt fratres ſcdogeniti.
Scitis fratres. eoſdem habere
pentes. Alioqn̄ quō dicerent fra
tres? Ideo xpc factus eſt frater
noſter p carnis noſtre aſſumptō
nē. ſicut ipſe ait. Ite nunciate fra
tribꝰ meis. Parens xp̄i facta eſt
mater nr̄a. Concepit autē xp̄m
maria p gratie plenitudinē. ipaꝫ
intus pficiētem. Spūſſanctꝰ ait
ſupueniet in te ⁊ virtus altiſſimi
obumbrabit tibi. Concepit nos
p grām effluentē. que hodie ef-
fluere cepit. dum exurgēs ad ſan
ctificandū dn̄i pcurſorem ppera
uit. Et factū eſt vt audiuit ſalu
tatiōꝫ marie elizabet exultauit i
fans in vtero eius. Et repleta eſt
ſpiritu ſancto elizabet et clamās
voce magna dixit. Benedicta tu
inter mulieres ⁊ benedictus fru
ctus ventris tui. Dehinc volēs
omnia pfectioni fidei eius aſcri
bere ſubiunxit. Beata que cre-
didiſti. quoniā pficiētur ea que
dicta ſunt tibi a domio. Que?
Certe ꝙ ad ſumme creature fa-
ſtigium leuaretur. ꝙ concipiēdo
et pariēdo altiſſimi filium. vera
di mr̄ diceret ⁊ cēt vn̄ pmiſit. Et
vnde hoc mihi vt veniat mater
domini mei ad me. hoc itaqꝫ do
num elizabet merito fidei aſcri-
bere volens inqt put in thema-
te. Beata que credidiſti ⁊c̄. pro
gratia Aue maria. B
☞ ¶ De virginis fide (de qua
in euangelio ꝯmendatur) nunc
vel breuiter aliquid dicendū eſt.
Excedit itaqꝫ fides virginis
fidem omnium viatorum impro
portionabiliter. et hoc preſtim
in quattuor quantnm nunc ſuf-
ficit. Quoniam fides beatiſſi-
me virginis fuit. Generalior in
apprehendendo. Clarior in cog
noſcendo. Coſtantior in perſe-
uerando. Vigoroſior in cauſan
do. ☞ ¶ In apprehendendo
fuit generalior quoniā et ſi varij
prophete varia per diuinam re-
uelationem cognouerunt. quo-
niam ſicut diuiſiones gratiarū
ſunt. ita et donum prophetie di
uiſum eſt in multis vt multi di-
uerſa vaticinarentur. non vnus
omnia. vt patet per decurſum p
phetarū. Virgo autem glorioſa
et pcedentiū pphetaꝝ dicta vni
ūſa legerat ac fide inteḡ tenebat.

Omnia deniqꝫ verba ꝯcomitan
tiū Elizabeth. zacharie. Johan
nis. Paſtoꝝ Symeonis Anne
Gabrielis archāgeli. Sꝫ ⁊ ſup
uenictis ſpūs ⁊ intus loq̄ntis. et
vniuerſa circa xp̄m actitata. per
ip̄m q̄ꝫ p̄dicata ꝯſuabat. confe-
rens i corde ſuo Lu. i. et. 2. Que
tractans Beda in ome. ſup euā
geliū. Paſtores loq̄bant. oñdit
queadmodū q̄ viderat ⁊ audie-
rat cōtulit cū hijs que legerat in
ꝓphetis Quid em̄ de deo nō ſa
piebat. in qua dei ſapia latebat.
ait Anſ. in ome. hodierne feſti-
uitatis. Deniqꝫ in eius laudē ca
nit eccleſia. Gaude virgo maria
cūctas hereſes ſola interemiſti i
vniuerſo mūdo. Quia cū verbū
verbo virgo ꝯcipet ⁊ virgo ꝑma
nēs pareret. ceteraqꝫ circa hoiem
xp̄m oculis videret. manib⁹ con
trectaret. fide ſua certiſſima. ⁊ ex
ꝑimentali noticia. et ph̄oꝝ erro-
res. ⁊ hereticoꝝ prauitates ꝯfu-
dit. vtputa ꝙ ex nihilo nihil fit.
ꝙ ſupra naturā deus opari non
pt. nec eā mutare. Et nō niſi ſex-
uum ꝯmixtiōe hō ꝓduci pt. Et
virgo non ꝯcipe. nec oīno parere
pōt Et dei cū hoibus ꝯuerſatio
nō eſt. vt dixere caldei nabucho
donoſoꝛ regi. Dan. 2. ac cetera ſi
ne nūero. ¶ Prauitates hereti-
coꝝ. Carpocratis. Cherinti et
Ebionis dicentiū xp̄m puꝝ ho-
minē ex maria ſumpſiſſe ꝑncipiū
Manichei dicentiū ip̄m habuiſſe
corpus fantaſticū. Ualentini d.
xp̄m nihil ſumpſiſſe de ꝟgine. ſꝫ
corpus celeſte attuliſſe. ⁊ ꝑ eam
tanqꝫ viſtulā vel cannale trāſiſſe
Neſtoꝛij d. xp̄m duas eſſe perſo
nas ſicut ꝯplectitur duas natas
Arrij negantis deū humanatū.
ꝟginē aūt n̄ theotocō. ſꝫ chriſto
tocon dici debere mētictis. Sa
bellij et p̄ripaſſianoꝝ ꝑſonas di-
uinas cōfundenciū ⁊ ita ſicut fi
liū ita ⁊ p̄rē incarnatū eſſe dicē
cium. Macedonij negantis ſp
ritū ſctm̄ eſſe deū. ⁊ ꝑ ꝯñs xp̄m n̄
ex deo ꝯceptū Carpociacis ⁊ iu-
deoꝝ dicentiū xp̄m ex joſeph ſe-
mine natum. Heluidij dicentis
ꝟginē poſt xp̄m a joſeph ꝯgnitā
alios filios ꝓcreaſſe Coꝝ quoqꝫ
qui vt hugo recitat. dicūt virgi-
nem ꝑ ꝯſenſum ꝯiugalem in coi-
tum conſenſiſſe. ⁊ ita virginitatē
mentis ꝑdidiſſe. hoꝝ ⁊ oim alio-
rū ſine numero errātium hereſes
ꝯfutauit. veritatē clariſſime cō-
gnoſcendo. fideliter ꝓfitendo.
eamqꝫ apoſtolis et fidelib⁹ maī-
feſtādo. Propter qđ Hieronim⁹
in ſermone cogitis dicit. Ip̄a eſt
ſola que nos poſt deū ꝯfert oi ve
ritati Cui⁹ ergo fides oēm veri
tatem ꝯprehendit. omibus gene
ralioꝛ fuit ¶ Fuit etiam fi-
des virginis clarioꝛ. eo ꝙ ꝑ eam
clarius credenda agnouit Hinc
gerſon ſup magnificat. Clarioꝛ
fuit in maria fidelis ꝯgnitio cū
caritate pre ceteris p̄riarchis ⁊ ꝓ
phetis. imo ⁊ apoſtolis. addam⁹
imo ⁊ angelis. Quod ex eo ſatis

coniĳcim⁹ q̄m modū dn̄ice incar
natōnis angelus ei petenti expli
care non potuit. ſed eā inquiren
tem ad altius magiſteriū tranſ⸗
miſit di. Spūſſanct⁹ ſupueniet
in te ⁊ virtus altiſſimi obumbra
bit ⁊c̄. Quaſi di. ſm̄ Bern̄. ſup
miſſus eſt omel'. 4. Modū q̄ de
ſpūſancto ↄcipies. dei virtus et
dei ſapia xp̄c in ſuo ſecretiſſimo
cōſilio ſic obumbrādo cōtigit et
occultabit. quatin⁹ ſibi tm̄ notū
habeat ⁊ tibi. qꝛ non pōt doceri
niſi a donāte. nec pōt diſci niſi a
ſuſcipiente. Vn̄ manifeſtū eſt eā
incarnatōis miſteriū clari⁹ ange
gelis cognouiſſe q̄m angeli in⸗
carnatōis miſteriū nec donaue⸗
rūt nec ſuſceperūt. Propter vtrū
qꝫ. generalitatē ⁊ claritatē beat⁹
Hiero. in ſ. cogitis. eam apl'os
docuiſſe aſſerit ita dicens Inter
apoſtolos p⁹ reſurrectōm intrās
⁊ exiens familiari⁹ cōtulit de xp̄i
incarnatōne. tanto ſiq̄dem veri⁹
quanto ab initio p ſpm̄ſanctum
didicerat ⁊ pſpexerat oculis vni
uerſa. D ¶ Fuit quoqꝫ fides
virginis ↄſtantioꝛ in pſeuerādo
Nam nullo vnq̄ꝫ momento fi⸗
des virginis nutauit. aut min⁹
credidit. vel etiā credenda igno
rauit Non em̄ ad pmiſſiōem an
geli dubitauit. vt infra tanget.
Nec in paſſiōne minus credidit
cui⁹ cruci ↄſtanter aſtitit. Nec d̄
eius reſurrectōe fides matrꝫ q̄uo
libet nutauit. quēadmodū de a
poſtolis. diſcipulis. ſil' cū ceteris
mulierib⁹ ſacra teſtat hiſtoria.
ppt q̄d ceterꝫ fugiētib⁹ ipſa aſti
tit. ceteris ad ſepulcꝝ currētib⁹.
vel vt corpus mortuū vngerent.
vel vt manſeolū vacuū cernerent
ad reſurrectiōis fidem tardis et
duris. virgo quieta in domo ſta
bat. certa fide reſurrectōis horā
expectans. vnde de ipa cōiter ex⸗
ponitur illud Eccs. j. Generatō
pterit. gene ratio aduenit. terra
vero in eternū ſtat. nam gn̄atio
aploꝝ pteriuit a fide. vt plurimi
dicūt Generatio latronis ⁊ cen
turionis aduenit ad fidē Terra
vero. i. ꝟgo maria (de qua in ps̄
Bn̄dixiſti dn̄e terrā tuā. ⁊ Iſa.
45. Apiatur terra ⁊ germiet ſal
uatorē) In eternum ſtat. qꝛ fidē
imobiliter ſine interceptōe ⁊ ina
miſſibiliter conſuauit. E
¶ Fuit deniqꝫ fides glorioſiſſi⸗
me ꝟginis vigoroſioꝛ in cauſan⸗
do. Nā effectus fidem eius cōſe
quētes. ad quos fides ipa diſpo
ſuit. improportionabiles fuerūt
effectibus fidē alioꝝ oim ↄſequē
tib⁹ Sunt em̄ vt plurimos ſile
amus duodecim effectus fidē p
fectā ↄſequētes in diuerſis ſcrip
ture paſſibus deſignati. Morti
ficat nanqꝫ fides carnē. vt ei ve
lut mortue homo non inhereat.
ipamqꝫ morti p xp̄o veriſimiliter
exponat. ſic legitur Ecci. 7. Me
morare nouiſſima tua (haud du
bium q̄n p fidem neqꝫ em̄ aliter
q̄ꝫ p fidem nouiſſima coḡſcunt)
⁊ in eternū non peccabis. carnis

ſcꝫ ꝯcupiſcētia illectꝰ. ⁊ ad Heb
xi. Per fidem diſtenti ſunt lapi
dati ſunt. ſecti ſunt. in occiſione
gladij mortui ſunt Viuificat
ſpm̄ Abacuc. 2. Juſtꝰ ex fide vi-
uit Johā. 6. Qui credit in me.
etiam ſi mortuus fuerit viuet
☞ ¶ Fecundat ventrem. ad
Hebreos. xj. Fide ſara ſterilis
virtutem non conceptione ſemi
nis accepit. ¶ Impinguat men-
tem. Ipam em̄ habitaculum xp̄i
efficit. ad Ephe. 3. Xp̄m habita
re ꝑ fidē in cordibꝰ veſtris. deni
qꝫ ſm̄ Be. i ome. Extollēs. fide
xp̄m ꝯcipimꝰ. bonis opibꝰ ꝑturi
mus Blandientē mūdm vincit. j
Joh. 5 Hec eſt victoria q̄ vincit
mūdū. fides noſtra Patriā ⁊ pa
rentes ꝯtemnit. ad Heb. j. Fide
abraam obediuit exire in locum
exiens ⁊ neſciens q̄ iret. ¶ Con-
tra tyrānos ⁊ regna triumphat.
ibidem Sācti ꝑ fidem vicerūt
regna ¶ Contra demonū inſi
dias armat ad eph. 6. In oibꝰ
ſumētes ſcutū fidei. in quo poſ-
ſitis omīa tela nequiſſimi ignea
extinguere Operat̄ iuſticiam
expectans repromiſſionē. vbi ſ.
ad Hebre. Sancti ꝑ fidem vice
runt regna ⁊c̄. operati ſunt iuſti
ciam. adepti ſunt repromiſſiōes
¶ Adducit benedictionem ad
Gal. 3. Qui ex fide ſunt benedi
centur cū fideli abraam ¶ Fili-
os dei ꝯſtituit. Ibidē. omēs filij
dei eſtis ꝑ fidem. que eſt in xp̄o
ieſu Joh. j. Dedit eis poteſtatē

filios dei fieri. his q̄ credunt in
eum An nō filios dei conſtituit
quos eadem miraculoꝝ potētia
ſtabiliuit. Joh. 14. Qui credit
in me. opera que ego facio ipe fa
ciet. et maiora horum faciet. Et
Matth. 17. et Mar. xi. Si in-
quit habueritis fidem vt granū
ſinapis. ⁊ dixeritis monti huic.
tollere. tranſi hinc et mittere in
mare. fiet ¶ Salutem gloriam
et leticiam tribuit ſempiternā. j.
Pe. j. Credentes exultabitis le
ticia inenarrabili ⁊ glorificata.
reportātes finem fidei veſtre. ſa
lutem animaꝝ veſtraꝝ ¶ Nunc
autē nēo vnqꝫ mortaliū ita carni
moriens deo vixit. Nemo tā mi
rabiliter fecundo ventre. mente
pregnans fuit atqꝫ deitatē cor-
paliter inhabitantem ſuſcepit.
Nemo ſic blandientē mundum
ꝯtempſit. patriā ⁊ ꝑentes r̄liquit
tyrannos ⁊ mortem ꝑuipendit.
Dyaboli caput pede virtutis cō
triuit. Nemo ſic ōpatus. nemo
ſic ꝯtemplatus. tanta fiducia et
anxietate repromiſſionē expecta
bat. nemo ſic benedictōez. nemo
ſic in prolem diuinū adoptatus.
nemo talem inenarrabilis glorie
coronam aſſecutꝰ. quēadmodū
glorioſiſſima virgo maria. que
nunc declarare breuitas vetat
temporis. ☞ ¶ Cum ergo effe-
ctus fidei eiꝰ improportōnabilis
eſt quorūlibet aliorum (Ipſa eſt
enim vt dicit Albertus ſuꝑ miſ-
ſus eſt. q. 38. que credens verbū

dixit. Ecce ancilla domini fiat
mihi ſm verbuꝫ tuum ad cuius
dictum. ſũmus monciuꝫ tulit ſe
⁊ miſit ſe in mare amarum ideſt
mariam Sic enim interpretatᷣ
maria. Et ſi abraam ponitur
in exempluꝫ maxime fidei. quia
in ſpe contra ſpem credidit. ꝙ
ſeni de vetula filius naſceretur
Rom. io. qđ improꝑorcionabi
le fuit. ꝙ beata virgo credidit ꝺ
ſe virgine. naſciturũ deum Se
quitur igitur ꝙ fides eius ꝑfe
ctiſſima. improporcionabiliter
exceſſit fidem omniuꝫ aliorum.
F ¶ Sed moueris forſitan ex
verbo beati Gregorij ome. 26.
Fides non habet meritum. cui
humana racio prebet experimẽ-
tum Sed beatiſſima virgo ex-
perimentũ habuit dominice in
carnacõis et aliorum per chri-
ſtum in carne geſtorum Sicut
Bern̄. in perſona angeli. dicit
ome. 4. ſuper miſſus eſt. Quid
a me queris. quod in te mox ex-
perieris Premiſit autem. hec ſo
la in ſe feliciſſime meruit' experi
ri. qualiter ille inaceſſibilis vir
gineis ſeſe viſceribus ĩfuderat.
et ita fides ſua non fuit meri-
toria. ⁊ per conſequens reſpectu
fidei aliorum que meritoria fu-
it minus perfecta ¶ Immo vi-
detur ſecundo ꝙ nec fidem ha-
buit. Fides enim ſm apoſtoluꝫ
ad hebreos. ij. Eſt ſubſtancia
rerum ſperandaꝝ. argumẽtum
non apparentium. ideſt ineuidẽ

tium. Sꝫ articuli fidei fuerũt
virgini euidentes. que chriſtũ
ꝺ ſe genituꝫ nouit. oculis vidit
auribus audiuit. ac manibꝰ cõ
trectauit Ad iſta dicitᷣ ꝙ bea
tiſſima virgo ante incarnatiõeꝫ
chriſti habuit fidẽ tam habitu
alem ꝗꝫ actualem. credidit em̄ ꝓ
phetis. credidit et angelo ad ſe
miſſo. ſe futuram matrem xp̄i.
Ideo hũiliter ꝯſentiendo ſe ob
tulit domino dicens Ecce ancil
la domini. fiat mihi ſm verbũ
tuũ Et de hac eiꝰ fide exclama
uit elizabeth. beata que credi-
dit Nec tunc reſpectu articu
lorũ expientiam habuit. ſꝫ habi
tura erat ſm v̄bum bern̄. domi
no aũt incarnato ac nato. reſpe
ctu articuloꝝ humãitatẽ xp̄i cõ
cernẽtiũ vt ꝙ ieſus natus fuit ꝺ
ſe virgine ⁊c̄. paſſus crucifixꝰ ⁊c̄
expientiam habuit. ſicut ⁊ apo-
ſtoli. de eo ꝙ homo ille miracu-
la fecit. p̄dicauit. captꝰ fuit. fla-
gellatus. et tandẽ in cruce mor-
tuus. et ideo hec non nouerũt ꝑ
actum fidei. ſed per noticiam in
tuitiuã expimẽtaleꝫ Sed ꝙ ho
mo ille fuerat deus. et ita ꝙ deꝰ
conceptus fuit de virgine. ꝙ de
us natus in carne. ꝙ deus mori
ebatur in cruce. non per experi-
entiam ſed ꝑ fidẽ ꝯgueṙt de hᵒ ꝗ
expientia haberi nõ poteſt. niſi
per noticiam intuitiuam deita-
tis. hec autem eſt beatifica et vi-
atori vt tali non conuenit.
Quod dicitur propter xp̄m qui

fuit ſimul viator ꝛ ꝯphenſoꝛ. ſic
in ſimili dt Greg. ome. 26. expo-
nẽs illō Joh. 21. d thoma Quia
vidiſti me credidiſti. liquet ꝑfe
cto. ꝙ fides illaꝝ rerum argumẽ
tum eſt. q̄ apparere nō pñt. Que
etem̄ apparent iam fidẽ non hñt
ſꝫ agnitiōem. Dum g̊ vidit tho-
mas. dum palpauit. aliud vidit.
aliud credidit. A mortali q̀ppe
homie diuinitas videri nō potuit.
hoiem ergo vidit ꝛ deū cōfeſſus
eſt. dicens. dñs meus ꝛ deꝰ meꝰ
Uidendo igit̃ credidit. qꝛ ꝯſide
rando verum hoiem. hunc deū
quẽ videre non poterat exclama
uit. B ¶ Nec tñ virgo beata
ꝑiter ꝛ apoſtoli minus meruerūt
aſſentiendo articulis per notici
am euidentẽ expimentalẽ. q̄m ſi
crediſſẽt ꝑ fidẽ actualẽ. Quia
habuerunt fidẽ infuſam. q̄ ſm ꝓ
babilem opiōeꝫ vna eſt reſpectu
oīm credibiliū. ꝑ quā eos credi-
diſſent. ſi etiā nō vidiſſent. Me
ritū. n. ꝑmo eſt in actu voluntatꝭ
nō in actu intellectus ꝛ non fuit
minoꝛ voluntas in eis ad creden
dum reuelatōem ſi nō vidiſſent.
q̄ꝫ in his que nō viderāt. imo nō
videtur improbabile. ꝙ noticia
euidens viſionis quantū ad ali-
quẽ gradum certitudinis ſeu fir
mitatis. dependebat ab habitu
fidei infuſe. q̄m firmius adheſe
rūt qꝛ reuelatū. q̄ꝫ qꝛ viſum. licꝫ
euidentiꝰ ex viſione ꝯgnouerūt.
q̄ꝫ reuelatōe Scientes ꝙ minus
fallere potuit reuelatio ꝑme veri
tatis q̄ꝫ viſio expimẽtalis. ꝓpter
quod ſm verbū apl'i. 2. Coꝛ. 10.
Parati fuerūt redigere in capti
uitatẽ omnẽ intellectum. i fidei
xpi obſequiū. Et huic fauere vi
detur Joh. cancella. pariſ in de
veritatibꝰ credendis. vbi expſſe
dt. ꝙ de notis ꝑ expientiā. ꝛ eui-
dentibus ꝑ rōem naturalẽ fit fi
des ꝓprie dicta. licet nō ſub rōe
expientie vel euidentie naturał.
Sed reſpectu intendẽtie diuie
reuelatōni. ꝓut fides eſt ex audi
tu ꝑ verbū xpi. Declarando ſub
dit. Om̄ pcepta decalogi euidẽ
tia ſunt in lumie naturali. ꝛ iſta.
deus eſt. illa roma fuit. hieruſa-
lem fuit. nota per expientiā hec
nihilominꝰ ꝓut nobis in ſcriptu
ra ſacra tradunt̃ tanq̄ꝫ approba
ta per eccleſiā. ſunt certa fide te-
nenda. q̄m credulitas oīm ꝯten
torum in ſacra ſcriptura innitit̃
huic ꝑncipio ſolum credito. ꝛ na
turaliter ineuidẽti. Tota ſacra
ſcriptura a deo reuelata eſt. Re
manet igit̃ ineuidens totū. ſub
hac credulitatꝭ rōne D ¶ Et
foꝛte nō apparet impoſſibile. ꝙ
in eodem intellectu reſpectu eiuſ
dem veritatꝭ. ſtent ſil' duo actus
adheſiui. vnus genitꝰ per reuela
tōem. alius per demonſtratōem
vel ꝑ expientiā Primꝰ erit fidei
Scd̄s agnitiōis naturalis. qui
quantū ad firmitatẽ adheſiōis
ꝛ euidentiā habẽt ſe vt exceden-
tia ꝛ exceſſa. ita ꝙ ꝑmus eſſet cer
tioꝛ. ſcd̄s euidentioꝛ. ¶ Nec iſti

actus habēt adīuicē oppoſitōꝫ
ſicut ſcīa ꝛ opinio. quaꝝ altera
includit formidinē. altera exclu
dit. De eadē āt veritate nō pt iō
hr̄e certitudinē et formidinē. et
ita nec ſciam ꝛ opiōꝫ. Fides aūt
nō ſimpl'r excludit euidentiā. ſꝫ
in ordine ad mediū ꝑ qō adq̇rit
Ita ꝙ actus fidei eſt veritatꝭ nō
apparētꝭ ꝑ tale mediū. puta reue
latōꝫ. ꝑ quā ipē adq̇ſit⁹ ē Nō cu
rando an ſit apparēs ſiue euidēs
ꝑ aliō mediū exꝑientiā vel demō
ſtratōem. Et ita ſuſtineri poſſet
ꝙ de eodē ſil' poſſet eſſe fides et
ſcia. ꝓpter diuerſa media. ſꝫ nō
ſcia ꝛ opīo. qꝛ nō ſic opponūt eui
dentia reſpectu illi⁹ mediȷ. et in
euidētia reſpectu alteri⁹. ſic for-
mido ꝛ certitudo hec ſine aſſerti
one poſita ſūt. vt det qualiſcūqꝫ
occaſio ꝓfundius inquirēdi Et
ꝑ h̄ ſufficient ſolute ſt obiectōes
¶ I Sed forte quiſq̄ꝫ virgi
nis fidē infirmā ſuſpicādo puta
bit. ꝙ ex eo ſuam cognatā viſita
uit vt veritatē ſigni ꝛ dicti ange
lici (cū inq̇t Ecce ꝯgnata tua ꝛc)
exꝑimēto ꝯprobaret. Sꝫ fallit
ſic opinans. Credidit em̄ ꝓuſq̄ꝫ
elizabet viſitaret. ipſa teſte. btā
inq̇t q̄ credidit. Ergo etiā ſignum
nō poſtulauit ſꝫ angelus ſua ſpō
te adiecit. Et quō ſe obtuliſſet
miſtram tanti ſacri dicēs. Ecce
ancilla dn̄i fi. mi. ſꝫm ver. t. ſi in-
credula fuiſſet verbi ad ſe ꝑ an-
gelū miſſi. ¶ Neqꝫ em̄ ait beat⁹
Amb. li. 2. ſuꝑ luc. phas eſt vt ele

cta ad generandū vnigenitū dei
filiū. fuiſſe videatur incredula.
Quo ẽ mō fieri poſſet vt zacha
rias qui nō crediderat ſilētio cō
dēnaret. Maria aūt ſi nō credi
diſſet. ſpūſſcti infuſione exaltare
tur. Sꝫ neqꝫ nō credere maria.
neqꝫ tā temere vſurpare debuit
diuīa. Neqꝫ enī facile erat ſcire
miſteriū abſconditū a ſeculis in
dn̄o. qō nec ſuꝑiores ptātes ſcire
potuerūt. Et tn̄ nō fidē rēnuit.
non officiū refutauit. ſꝫ accomo
dauit affectū. ſpopōdit obſeq̄ū.
Tēperantior fuit reſpōſio ꝟgis
q̄ꝫ verba ſacerdotꝭ. Hec ait. quō
fiet iſtō. ille rn̄dit vn̄ hoc ſciam.
Illa iā de negotio tractat. ille dē
nūcio dubitat. Negat ille ſe crē
dere. q̄ negat ſcire ꝛ q̄ſi adhuc fi
dei q̄rit auctorē Illa nō dubitat
faciendū. qō quō fieri poſſit in-
q̄rit. Legerat maria virginē pa-
riturā. iō credidit futuꝝ. ſꝫ quō
fieret. ante nō legerat Nō enim
quēadmodū fieret. Iſa. ꝓph̄e fue
rat reuelatū Tantum. n. mādati
miſteriū. nō hoīs fuit ſed angeli
ore ꝓmendū. hec Amb. Et glo.
Be. Au. 2. ꝯcordās ait. Legerat
maria ꝟginē ꝑiturā. nō dubita-
bat. ſciebat enī ꝙ īpleri oꝑtebat
qō ab angelo nunciabat. ſed qꝛ
quō fieret nō legerat. nec ab an-
gelo audierat. q̄ ordine īpleri de
beat requirit. qꝛ h̄ miſteriū a ſe-
culo abſconditū. a ꝓph̄is non ꝓ
dictū. angelo ē reſuatū. et beat⁹
Bern̄. o. 4. ſuꝑ miſſus ē. Expo-

nens illud. quomodo fiet iſtud
ait. Non dubitat de facto. ſed
modum requirit ⁊ ordinē. Nec
em̄ querit. an fiat iſtud. ſꝫ quo
modo. quaſi dicat. Cū ſciat do
minus meus. teſtis conſcientie
mee. eſſe votū ancille ſue. nō cog
noſcere virum. qua lege. quo or
dine placebit ei vt fiat iſtud Si
optuerit me frangere votum. vt
pariam talem filium. et gaudeo
de filio. ⁊ doleo de propoſito. fi
at tamen voluntas eius. Sin
vero. virgo concipiam. et virgo
pariam. quod vtiqꝫ ſi placuerit
ei nō erit impoſſibile. Tunc ſcio
vere. quia reſpexit humilitatem
ancille ſue. hec Bernardus.
☞ ¶ K Ponit aūt Albertꝰ
q̄ttuor ratōnes cur virgo nihil
dubitans ordinem rei queſiuit.
Uidelicet ꝓpter pleniorem ma-
terie deſcriptōem. ꝓpter verita-
tis maiorem expꝛſſiōem. ꝓpter er
rorum. dubitatōnū. ⁊ opinionū
excluſiōem. ꝓpter noſtram edi-
ficatiōem. Sic et beatꝰ Johes
in vinculis ꝓpter diſcipulorum
eruditōnem queſiuit a domino
ꝑ diſcipulos ſuos. tu es qui ven
turus es. an alium expectamus.
vt expoīt Chriſ. in glo. Matt.
.xi. L ¶ Sed forte q̊s diceret
Si ꝟgo nō dubitauit Cur an-
gelus ſignū ꝯceptꝰ ſterilis mulie
riꝫ adhibuit. Cur etiꝫ ꝟgo vt expi
ret ꝟitatē ſigni exurgēs viſitatu
ra elizabet. in mōtana abijt. Ad
hoc dicendum ſm Albertū ſuꝑ
miſſus eſt. ꝙ virgo neqꝫ de facto
neqꝫ de modo dubitauit. licet d̄
modo inquiſiuit. Sed ad h̄ ſm
Ambro. ſuper lucam Angelus ſi
gnum adhibuit. quia morale eſt
omnibus vt qui fidem exigunt
fidem aſtruant. Et ideo angelꝰ
cum abſcōdita nunciaret. vt fi-
des aſtrueretur. exemplo ſenio-
rū ſemie. ſterilíſqꝫ. ꝯceptū virgi
marie nunciauit. vt poſſibile d̄o
om̄e qd̄ ei placuerit aſſereret. vn̄
maria nō quaſi incredula de mi
raculo. vel quaſi incerta de nun
cio. nec q̄ſi dubitās de exēplo. ſꝫ
quaſi leta ꝓ voto. religioſa ꝓ of
ficio. feſtina ꝓ gaudio ad mōta
na prexit. hec Amb. De hoc
etiā beatꝰ Bern. ſuꝑ miſſus ē. o.
.4. ita ait. Quid fuit neceſſe hꝰ
ſterilis ꝟgini nunciare cōceptū?
Nunq̊d forte dubiā adhuc ⁊ in
credulā oraculo. recētiori voluit
ꝯfirmare miraculo? Abſit. Legi
mꝰ zacharie incredulitatē ab h̄
ipſo āgelo fuiſſe caſtigatā. Ma
riā autē in aliq̊ repꝛhenſam nō le
gimꝰ. q̊n potiꝰ fidē ipſiꝰ elizabet
ꝓphetāte laudatā agnouimꝰ
Et ſubdit q̄tuor rōes. ꝓpter q̄s
angelus ꝯceptum ſterilis nunci-
auit dicēs. Jd̄o ſterilis cognate
ꝯceptꝰ ꝟgini nunciat̄ vt dū mira
culū miraclo addit̄. gaudiū gau
dio cumulet̄. Porro neceſſe erat
nō modico leticie ⁊ amoris ꝑue-
niente inflāmari incendio. q̄ fili

um paterne dilectõis cum gau
dio ſpũſſancti mox fuerit cõcep-
tura. Neq; em̃ niſi in deuotiſſi
mo atq; hilariſſimo corde. tan-
ta ſe capere poterat dulcedinis
et alacritatis affluentia. ¶ Uel
ſecundo ideo. quia ꝑfecto dece-
bat. vt verbum mox diuulgan-
dum vbiq;. prius ſciret virgo ꝑ
angelum. quoniã audiret ab ho
mine. Ne mater dei videretur a
cõſilijs filij amota. ſi eorum que
in terris tam ꝓpe agerentur re-
manſiſſet ignara. ☞ Uel ter-
cio ido. vt dũ nunc ſaluatoris.
nunc precurſoris edocetur aduẽ
tus. rerum temp9 et ordinem te-
nens. ipſa melius poſtmodum
ſcriptoribus ac predicatoribus
euãgelij referret veritatem. que
plene de omnibus a principio ce
litus fuerat inſtructa miſterijs.
☞ ¶ Uel quarto ideo vt audi
ens cognatam vetulam grauidã
cogitet iuuencula de obſequio.
ſicq; illa properante ad viſitan-
dum paruulo prophete locus de
tur ⁊ occaſio. quo minori adhuc
domino. ſui officij valeat exhi-
bere primicias Et dum ſe ad in
uicem. matrum infantumq; oc-
currit ab alterutro excitata de
uotio. mirabilius fiat miraculũ
de miraculo. Hec Bernardus.
Patet itaq; integra virginis fi
des. et q̄ excellenter aliorum ex-
cellebat fidẽ. Ut ſic ex fidei ſue
plenitudine. ꝑficiãtur in ea que
dicta ſunt ei a domino. filio ſuo
cum patre et ſpirituſancto in ſe-
cula benedicto Amen.

¶ In feſto aſſumptionis marie Sermo. IIII. in or-ne. XXIII.

Ave gratia plena Lu. i.
☞ A Solemnitatem glo
rioſiſſimam anim9 nobis hodie
recurſus aduexit. qua iocundiſ-
ſimam virginis theotoce aſſum
ptionem recolimus ⁊ glorie eius
plenitudinem. que eſt gratia cõ-
ſũmata Nam licet adhuc in ter-
ris conuerſans. gracie plenitudi
nem obtinuit teſte archangelo.
Aue gratia plena. Omnis tamẽ
gratia vie quamuis pleniſſima.
quamuis perfectiſſima. quatin9
ſtatum illum condecet. minus ta
men eſt a gloria. ∴ q̄m hodierna
die ſuper celos exaltata in beati-
tudine poſſidet ſempiterna Un
de ſicut vniuerſa que dono dei
accepit in terris. ſiue in ſua con-
ceptione. ſiue in conceptione ver
bi dei. vel partu. ſiue etiam in ꝓ-
fectu vite vſq; ad terminũ defici
unt ab ea gloria qua hodie i bo-
nis omnibus conſummata. ſe-
det ad dexteram filij in excelſis.
Ita ⁊ cetere eius feſtiuitates q̄-
bus magna illa beneficia xpi in
terris collocata recolim9. mino
res ſunt hodierna. q̄ gloriam ce

lebꝛamus. quã adepta eſt in ce
lis ſupꝛa choꝛos omnium ange-
loꝛum exaltata ⁊ cum laudiſono
plauſu deducta ¶ Neqꝫ em̄ teme-
re ſꝫ catholice et pie gloꝛioſiſſiã
virgo per xp̄i graciam ſuper cho
ros angeloꝛum exaltata deuotiſ
ſime hodie pꝛedicatur ait Hie-
ronimꝰ ad paulam in ſmone co-
gitis ¶ Sed forte dicis Cũ do
minice aſcenſionis ſolēnitas. nõ
ſit maioꝛ inter feſtiuitates chꝛi-
ſti vt puta cũ prefert celebꝛitas
tam natiuitatis q̃ꝫ reſurrectõis
ſm ritum ⁊ moꝛē eccle Cur feſtũ
aſſumptõis inter feſta virginis
maximũ p̄dicatur? Ad hoc re-
ſpondemꝰ q̄ non eſt par ratio d̄
aſſũptõe virgis. ⁊ aſcenſiõe xp̄i.
Nam beatiſſima virgo maria
in eius aſſumptõe hodierna. aſ
ſecuta eſt maximã et vltimam ꝑ
fectõem. beatitudinis videlicꝫ
gloꝛiam. quã ante p̄ſentem diē
non habuit Et nihilominꝰ que
pꝛius habuit. hodie cepit pleni
us poſſidere. Nam in ſua cõce
ptiõe ⁊ natiuitate gr̄am accepit
initialem. ſed hodie ꝯſũmatam
In ãnũciatõe angelica xp̄m cõ-
cepit in carne moꝛtali. eũqꝫ poſt
menſes nouem ſine ſui coꝛrupti
one pepit. Sed vt Gerſon ait
ſuper magnificat Hodie felicꝰ
pit gloꝛioſa i coꝛde filium. quē
matrix in coꝛpe genuerat. Vnd̄
⁊ magnificat hodie dn̄m. quia
magnificata pꝛe omnibus die-
bus vite ſue. plenũ gracie ꝯple-

mentũ hodie ſecura recepit Jõ
nulla dies ipſi feſtiuioꝛ. nulla ꝯ
ſiderabilioꝛ iocunditate reful
ſit. chꝛiſto vero per ſuã aſcenſio
nem nulla noua acceſſit ꝑfectio
non gloꝛia noua vel beatitudo.
aut pars eius. dumtaxat loci ex
triſici mutacio facta eſt. qua iã
beatus in anima ⁊ coꝛpe in ter-
ris. ſm hũanitatẽ locum ſuſce
pit in celis Siquidē beatus fu
it ſm poꝛtionem ſupioꝛem anīe
et ꝑfectus ꝯpꝛehenſoꝛ ab inſtã-
ti ſue incarnatiõis. eadem et nõ
mioꝛe beatitudine. qua nũc fru
itur ad dextram patris. Beati-
tudinem vero poꝛtiõis inferio-
ris. ⁊ gloꝛie dotes in coꝛpoꝛe. in
ſua reſurrectõe ſuſcepit In qua
ꝯpletiſſima fuit vniuerſa eiꝰ be
atitudo. ⁊ gloꝛia in coꝛpe et aĩa
que multo maioꝛa ſunt et incõ-
perabilit̄ excedēcia ſuſceptõem
noui loci extrinſici. qui eſſencia
li beatitudini nihil cõferri põt
Jmmo nec accidētali. vt mani-
feſtũ eſt de angelis cuſtodibus.
qui non minꝰ beati ſunt nobiſ-
cum exiſtētes in terris. q̄m ſi fo
rent diffinitiue in celis cum ſꝑ
hic ⁊ ibi euãgelio teſte vidēt fa-
ciem patris. Nihil ergo mir̄. ſi
dies reſurrectionis xp̄i pꝛefert
diei aſcenſionis ſue. Secus de
virgine matre Que ſicut hodie
ſũmam graciã ⁊ gloꝛiã ꝯſecuta
eſt ita ⁊ ſummã inter ceteras eiꝰ
ſolēnitates hodiernũ feſtum p̄-
dicamꝰ. In quo et veriꝰ ⁊ deuo

cius eām allocuturi cum ange-
lo. q̄m in ip̄o annūciatōis termi
no. voce clamamus d̄uotiſſima
Aue gratia. B ¶ In priori
ſmone de feſtiuitate p̄ſenti aſſū
ptiōis marie virginis oſtenſum
fuit. q̄ꝫ aptiſſime ſibi dicatur hᵒ
eulogium. Aue gratia plena in
eius aſſumptiōe glorioſa immo
aptius q̄ꝫ in quacūqꝫ alia eius fe
ſtiuitate ꝛ hᵒ ꝓ articulo. j. eiuſdē
ſmōis Exigit ratio. vt nunc ar
ticulum ſecundū eiuſdem ſmo-
nis. tunc ſuſpenſum ꝓpter tp̄is
breuitatē poſſeten⁹ ꝓſequamur
oſtendendo a quibus. et q̄ꝫ lau-
diſonis ac himnidicis angelorū
choris ſit aſſumpta. vt veꝝ oſtē-
datur illud eccleſie canticū. Aſ-
ſumpta eſt maria in celum. gau-
dent angeli. laudātes benedicūt
dominū Cum vero in terris ma
nens. omniū angeloꝝ officia di-
uinis moribus tenuit. ꝑfecti⁹qꝫ
impleuit. merito ſuꝑ omnes an-
geloꝝ choros exaltari debuit A
ſingul' deniqꝫ angelis in ſua aſ-
ſumptiōe. laudiſonos plauſus.
ꝛ himnidicas voces letabunda
ſuſcipe. Quomō aūt id factum
fuiſſe pie teneri et credi p̄t. nunc
videamus ꝓ noſtre deuotionis
fomēto. ¶ Solet in die omniū
angeloꝝ oſtendi. et ꝑtim ſuꝑ pa-
tuit. quēadmodū tota angelica
contio in tres partitur gerarchi
as Et quelibet eaꝝ in tres ordi-
nes. Et ita erunt nouē chori an
gelorum. C ¶ Ad p̄mā

angeloꝝ gerarchiā. que ſ᷑ beatū
Dyoniſiū in de angelica gerar-
chia. accipit᷑ ſm actōem miſtra-
lem. que in ſe habet tres ordi-
nes. ſcilicꝫ p̄ncipat⁹. quoꝝ actio
eſt circa cuſtodiā et regimen p̄n-
cipum. qui ſunt capita multitu-
dinis Archangeloꝝ quoꝝ mini-
ſteriū eſt circa mltitudinē popu-
li. in vrbibus aut prouincijs col
lectam. de quo in Daniel'. de p̄n
cipe ſinagoge et p̄ncipe perſarū.
c. x. Angeloꝝ quoꝝ miniſterium
et actio eſt circa ſingulas ꝑſonas
et conſiſtit actio hec in nuncian-
do. cuſtodiēdo. dirigēdo. Itaqꝫ
veniens ad p̄me gerachie chorū
p̄mum. aſcendēdo angeloꝝ. ma-
gnis gaudijs eſt ſuſcepta. et lau-
dibus celeſtib⁹ honorata accla-
mantibus vt pie cogitari poteſt.
hijs aut ſimilis ſentētie vocibus
Adueniſti ſpecioſa ac pulcerri-
ma maris ſtella. que in terris ma
nens. cunctos illuminaſti. Sin
gulis lucꝫ exempla. vite magiſte-
rio preſtitiſti. Tu certiſſima vi-
te nuncia fuiſti. verbo docēs. ex
emplo illuminās. tua enim vita
cūctas illuſtrat eccleſias. nam in
ea expreſſa ſunt cunctꝫ toti⁹ ma-
giſteria ꝓbitatis. noſtrā viciſti
operam. nos multi ſinguloꝝ cu-
ſtodes et nuncij. tu vna ſingulis
miniſtraſti. Tu vere ſalutis nun
cia fuiſti Excedit gloria retribu
tionis. tuis reſpondēs meritis.
noſtra dona. non eſt apud nos
ſedes tue ſpecioſitati ac pulcritu

dini condignā. Aue ergo gratia
plena. dominꝰ tecum benedicta
tu in mulieribus. ☞ ¶ Hinc
aſcendens ad ſcdm choꝝ Arch-
angeli occurrunt ⁊ inquiunt. du
dum a patribꝰ expectata. nobis
deſiderata. glorioſa ſpecie. pul-
cerrima actione. aduenisti. Tu
cunctarū gentium adiutrix ne-
ceſſaria. Angelorum conſolatrix
ſemp̄ deſiderata. tu ſolicita fui-
ſti ⁊ turbata circa plurima. tāq̄
ꝯmunis vrbium ⁊ ꝓuinciarum.
immo totiꝰ humani generis ma
ter et nutrix. ⁊ angelorum repa-
ratrix. Per te eni datus eſt vni-
cus hominū ſaluator. ruine an-
gelice reſtitutor. Tu aurora val-
de rutilās. Stella matutina do
minū eternum nuncians. Ex te
enim ortus eſt ſol iuſticie chriſtꝰ
deus noſter. qui ſoluens maledi
ctōem dedit benedictōem. ⁊ con
fundens mortem donauit vitā
ſempiternā. horum maximoꝝ nō
ſolū nuncia fuiſti. ſed ſupra nos
etiā cooperatrix aſſumpta. quo
noſtra ſupgreſſa es officia. tua-
rum ſpecie virtutum et pulcritu
dine actionum. Unde longe ma
ior te expectat gloria. Aue itaq̄
gratia plena.

☞ ¶ Ad tercium inde angelo
rum ordinē multo famulatu co-
mitata aſcendens. magna prin-
cipum pompa ſuſcipitur. Adue-
niſti feliciter inquiunt virgo ſpe
cioſa. cunctis admirabilis. pul-
critudine diuina. vniuerſis gra
tioſa ⁊ amabilis. nos terrenorū
ꝑncipum rectores et miniſtri pre
ſidentes. tu vero ſuper angelica
puritate candida. ſola digna fu
iſti. regis celi et terre miniſtra.
Omnia materne pietatꝭ obſeq̄a
tuis manibus mundiſſimis im-
pendiſti vberibus de celo plenis
nutriuiſti. in egiptum fugiens
tranſtuliſti. Inde reduxiſti In-
diuidua eius comes In ingreſſu
in hūc mūdm. in ꝓgreſſu. in egreſ
ſu. nulla iudeorum. gentium ve
crudelitas te abſterrere potuit.
nulla fugientium diſcipulorum
infirmitas retrahere. Sola in
anguſtijs. mente. corpore. fide et
lectione. conſtanter aſtitiſti. vn̄
noſtra officia longe exceſſiſti Iō
q3 ad deſtinatum tibi ab eterno
altiſſimū brauium. ſine ve veni
veni electa mea Aue gratia ple-
na. ☞ ¶ D Secūda ge
rarchia reſpōdet alteri ſtatui ec-
cleſie ſcilicet prelatoꝝ Sunt eni
tres ſtatus eccleſie. contemplati
uoꝝ. prelatorum. actiuoꝝ. Si-
gnati per tres viros Danielem.
noe. ⁊ Job. Et ſicut inferior ge-
rarchia correſpōdet īferiori ſta-
tui eccleſie. ſcilicz actiuorum. ita
media medio ſtatui. qui eſt pre-
latorum eccleſiam regentium.

☞ ¶ Conſiſtit autē perfectio
prelationis ſeu poteſtatis in tri-
bus. In preſidēdo ſubiectis. In
reſiſtendo inimicis. In operan-

do magna pro ſuis. ☞ ¶ Et
ſm hoc ordinātur i hac media
gerarchia tres ordines. domina
tionū. poteſtatum. et virtutum.
Dominationū eſt preſidere ſub/
iectis angeloꝝ agminibꝰ. purgā
do. illuminādo. perficiēdo. Po
teſtatum eſt oppugnare aduerſa
rios. demonum dolos poteſta/
tes tyrānicas et fraudes. Virtu
tum eſt operari miracula ſanita
tes et beneficia. Per has enim
deus opatur miracula. ſicut per
has operatꝰ eſt miracula in egip
to in mari rubro in deſerto. et ſi
militer in nouo teſtamento. Igi
tur virgo omnibꝰ gratioſa aſcen
dens ad virtutum ordinem cum
ingēti gaudio ſuſcipitur. clamā
tibus laudiſone huiꝰ chori ſan/
ctis ſpiritibus. Adueniſti poten
tiſſima virtutū operatrix. Nos
quidem circa inferiores creatu/
ras inſolita. ⁊ per hec miracula
ad nutum dei noſtri operamur.
paſſiua actiuis applicando Nō
noua creando. Tu cum creatore
omniū in re maxima coopatrix
aſſumpta es. Tu de patris ſinu
eternum detraxiſti Tua nardus
humilitatis ꝓfundiſſime. dum
rex eſſet in ſuo accubitu. ſilenti/
bus cūctis ac peccatorum nebu/
lis obfuſcatis. O ſpecioſa et ſu
auis pulcerrima ac delectabilis.
dedit odorem ſuum quo indo/
mitus ille rinoceron a te captus
ad te tractus per te potētiſſimū
admirabilis ſue incarnationis
miraculum. quo maius nullum
fuit operatus. Cuius et nuncij
eſſe potuimꝰ nequaq̄ꝫ tamē coo/
peratores. Tu autem ortus con
cluſus. fons ſignatꝰ. porta in e/
ternum clauſa. ſoli ſummo ꝑnci
pi noſtro regi peruia fuiſti. Vn
de ineffabili tua ſpecie ac caſtita
tis potentia. et virtutis pulcritu
dine omnes nos ſublimiter tran
ſcēdiſti. Ideo Aue gratia plena.
☞ ¶ Hinc ad ſcōm huius ge/
rarchie ordinem deducta ſic op
tantibus ſuſcepta creditur pie.
feliciter adueniſti mulier fortiſ/
ſima. a ſummo omniuꝫ principe
ab eterno electa. in tempore ꝑuij
ſo producta ⁊ inuenta. procul de
vltimis finibus precium tuum.
Confidunt in te corda virorum
viriliter pugnātium. Tu turris
dauid altiſſima edeficata cum
propugnaculis. mille ex te pen/
dent clipei defenſionum. In te
omīs armatura fortium. Tu ter
ribilis crudelibus inimicis. vt
caſtrorum formidāda acies or/
dinata. Tu enim ſola caput ſer/
pentis antiqui contriuiſti. Ia/
cet ſub pedibus tuis ſtultus ille
vt luna mutatus. murmurans q̄
dem et fremens ſed non valens.
Nec tibi nec te inuocantibus ꝓ
pinquare. Vnde ꝓ tam ſublimi
victoria altior tibi thronus de/
betur. Igitꝰ fortiſſima Aue gra/
tia plena.

¶ Inſuꝑ eleuatā ad ſupremum
huiꝰ gerarchie ordinem. a dn̄a⸗
tionibus ita creditur laudata.
O virgo prudentiſſima quo ꝓ⸗
grederiſ. Tu ſpecie tua vniuerſa⸗
lis gratie. et pulcritudine excellē
tis glorie. Merito ſcḋm nomē tu⸗
um omibus dominariſ. Maria
enī domina interꝓtatur. Nos q̇
dem ſcḋm dei ordinatiōem ſub⸗
ditis dominamur ſpiritibꝰ ange
licis. p̄cepta ſuꝑiorum ad ipſos
dirigentes. Non ſuperbe impe⸗
rantes. eoſqꝫ ad dominū vniuer
ſitatis. voluntatis executōem or
dinantes ac eis ſcḋm gerarchicos
actus p̄ſidentes purgando illu⸗
minādo. ꝑficiendo. Tu vero ꝓ⸗
fundiſſima humilitate ſeruata.
nō angelis tantū aut hominibꝰ
ſed angeloꝝ hominūqꝫ creatori
ac dominantiū dominatori ma
terna auctoritate dominata es.
Nam et chriſtus dominꝰ noſter
tibi ſubditus erat in terris. Luc
.2. Qui nunc te tanta gloria ſub
leuat in celis. Vn̄ vere poteſtas
tua eſt in hieruſalē et in plenitu⸗
dine ſanctoꝝ detentio tua. Nā
per te celum repletum. Infernus
euacuatus eſt. Inſtaurate ruine
celeſtis noſtre hieruſalē. expectā⸗
tibus miſeris vita ꝑdita data.
Unde iure angeloꝝ omniū ho⸗
minūqꝫ domina appellaris Vn̄
nec te nobiſcum ſub excellētiori⸗
bus tercie gerachie ſpiritibꝰ cō⸗
ſtitutis locus condignꝰ expectat
Supra nos expectaris. ideo O
domina mundi. Aue gratia ple⸗
na. ☙ ¶ Super eſt tercia
gerarchia. que ſtatui ꝯtemplati
uoꝝ reſpondet. Conſiſtit autem
cōtemplatiuoꝝ ſtatus. in cōuerſi
one ad deum. ⁊ hoc in tribꝰ ſcili
cet in ꝑfecta quiete. et abſtracti
one ab omibꝰ creaturis. ac pace
et ſecuritate cordis. vt deū mere
atur ꝑfectum ſui inhabitatorē.
Nam teſte ꝓpheta. In pace fa⸗
ctus eſt locus eius. Secūdo in
ꝑfecta cognitōne creatoris Ter
cio in ardēti amore trinitatiſ. ſcḋm
tres ꝟtutes theologicales. ſpem
fidem. et caritatem. Item hinc
ſumūtur tres ſupreme gerarchie
ſcꝫ Throni. cherubin. ſeraphin
¶ Throni ſunt vt tradit beatꝰ
Dioniſiꝰ. c. 7. celeſtis gerarchie
qui ab omni exteriori affectione
remoti. per quietā et internā pa
cem tranquilli. immobiles ad ex
teriora. ſoli deo intēdunt. aduē
tū eius abſqꝫ vllis ꝑturbatiōibꝰ
et impedimētis ſuſcipiūt. deum
qꝫ ferentes obſequij deuotione
ad ipſius ꝑcipiendos fulgores
ſemꝑ patent. Unde tanq̄ꝫ ſedes
dei ſtabiles ſunt. In quibus do
minꝰ iudicia ſua diſcernit. Vn̄
et thronoꝝ nomen participant.
Hij ergo aſcendentem ad ſe vir
ginem ſic ſuſcepiſſe putādi ſunt.
Aduenisti formoſiſſima ſpē. Or
natiſſima intꝰ ⁊ foris ꝓuilegioꝝ
pulcritudine. Sūmi pr̄is tēplū

